



pl. 6.  
35.  
3

B. C. D.  
EXERCITIVM LEGALE  
DE  
**MARITO**  
USUFRUCTUARIO  
SAXONICO,

QUOD  
PERMISSU INCLYTÆ FACULTATIS  
JURIDICÆ LIPSIENSIS  
*SUB MODERAMINE*  
**DN. GOTHOFREDI BARTHII,**  
Jur. Utr. Doct. & Practici,  
*PRÆCEPTORIS SUI MULTIS NOMINIBUS*  
*DEVENERANDI,*  
SOLENNI DISQUISITIONI  
*AD DIEM XXX. JUNII ANNO M. DC. XCII.*  
EXPONET  
**GOTHOFREDUS MÜLLER,**  
Belgerensis Misn.

---

LIPSIÆ,  
RECUSA AB ANDR. MARTIN. SCHEDIO,  
Anno 1721.



OTTO  
KRIEGER  
GEBORNE

AM 17. SEPTEMBER  
1817 IN  
MAGDEBURG  
GESTORBEN

GEHT HIN

---

IN DER  
STADT







# PROOEMIUM.



T ut alias idem fere, omni Jure Maritis in personas Uxorū jus competat atque imperium, earumque ob id Domini audiant, in Res tamen & facultates, illarum non eadem ubique eis potestas concessa est. Sane jus nostrum Saxonicum Maritis hac in parte, jure Civili longe benignius, multoque favorabilius est. Ita enim in plerisque Juris Articulis melioris in illo conditionis habentur, sive solum sive constans respicias matrimonium. *arg. L. 9. ff. de stat. hom.* Jure namque Civili ne dotem quidem indistincte Mariti, nedum Parapherna uxorum, post mortem consequuntur, nisi pactis dotalibus sibi de retinenda dote prospexerint, *arg. L. 6. C. de Pact. convent. L. 12. pr. ff. de Pact. dotal. juncta L. 17. ff. ad Sct. Maced.* tametsi liberos ex Uxore susceptos habeant, *arg. L. 2. 23. & 26. pr. & §. 2. ff. de Pact. dotal. L. 48. ff. de S. M.* Sed dos nihilominus tunc ad Patrem integra revertitur, ex tacita de restituendo stipulatione. *L. un §. 13. in fin. C. de R. U. A.* reliquum autem totius hereditatis emolumentum ad liberos pertinet, ut loquitur *l. fin. §. 1. ff. ut legat. aut fideicommiss.* Patreque prædefuncto, dos, excluso marito, liberis cedit, vel aliis consanguineis *L. 5. C. solut. Matrim. & arg. tot. tit. ff. & C. unde vir & uxor.* At jure Saxonico, mortua conjuge, viduo omnia mobilia acquiruntur, sola liberis vel Parentibus inde præstita legitima, nisi eam aliunde, vel ex immobilibus vel utensilibus in legitimam imputatis habeant, *vid. Carpz. P. 3. C. 11. def. 1. & Const. 23. def. 19.* Sic & durante Matrimonio Saxonice Maritis longe major in res Uxorū potestas tributa est. Jure enim Civili dotis saltim Dominus est: Paraphernalium autem nequidem administrator, nedum usufructuarius, invita uxore. *L. 8. C. de Pact. Convent.* Sed jure Saxonico præter dotis Dominium, ipso jure Paraphernorum quoque uxoris, a momento sacerdotalis copulæ, consequitur administrationem & Usufructum, *teste Carpz. P. 3. const. 20. def. 33. n. 5. 6. & in Disp.*

Prærogativa  
Maritorum  
Saxonice.

tam soluto  
matrimonio,  
quoad successi-  
onem.

quam con-  
stante matrē-  
monio,  
quoad fructu-  
um perceptio-  
nem.





*de Jure Fam. Sing. Dec. 1. pos. 3. n. 3. & 4. nisi Pactis dotalibus ea sibi expresse uxor reservaverit, seu receperit. Atque ex his & aliis pene multis Maritorum Saxoniae in bonis Uxorum, praeter aliarum ditionum subditis, praerogativis, eam inpraesentiarum quae ab utilitate, seu fructibus percipiendis se potissimum mihi commendavit, paulo accuratius pertractandum selegi, exhibiturus nimirum MARITUM USUFRUCTUARIUM, ea quidem methodo, ut usumfructum Marito competentem ex causis suis cognoscamus. Faxit Deus feliciter!*

CAPUT I.

De Definitione Nominali & Reali itemque Divisionibus.

§. 1.

**R**ubrica Disputationis nostrae Trimembris est: de cujus evolutione pauca praefanda, singulisque illius verbis aptanda congrua interpretatio erit, *ex L. 29. §. 6. in fin. ff. de Her. petit. ut tanto melius intelligatur quid sit, quo de disputetur. Cic. lib. 1. Offic. p. m. 2. b.*

§. 2.

Etymologia  
Mariti,

Primo igitur loco MARITI vocabulum occurrit, a Mare & ritu, ut vulgo creditur, compositum, ut Maritus dicatur, quasi Maris ritus, eo, quod variis ritibus intervenientibus ex Mare fieret Maritus, seu, Uxori junctus. Pariter sicut uxor, ab antiquo ritu quasi Unxor, appellatur, quia, cum ad limen Mariti accederet, priusquam ingrederetur, postes domus adipe suillo aut lupino attingebat, ne quid mali inferretur, docente Plinio *Lib. 28. c. 9.* & Briffon. *Antiquit. 18. de Ritu Nupt. p. 225. seqq.* Cothmannus *vol. 2. Resp. Jur. 78. n. 39. & 40. fol. m. 198.* & licet ritus isti antiqui dudum ab usu recesserint, nomen tamen remansit, ut in nuptiis. *L. 66. §. 1. ff. de Don. int. Vir.* Investitura & simultanee investitis. *conf. Huldericum Eyben in Electis Jur. feud. c. 5. §. 3. & 4. p. m. 58. & 59.* aliisque pluribus obtigisse novimus. Quamquam & hodie alii in locum illorum successisse videantur, puta, proclamatio e suggestu, Hierologia, & similes, ad quos hodiernum quoque non male denominatio referenda. Siquidem & hodie ritus hujusmodi necessario praemittendi, antequam quis Maritus dicendus. Nam etsi de essentia Conjugii per se non sint, sunt tamen de necessitate conjugii Christiani, accedente cum primis lege publica & jussu Ecclesiae.

num ritus hodierni de essentia matrimonii sunt?



742  
clesiæ. Neque enim sine causa introducti sunt, cum per proclamatio-  
nes sæpe bigamiæ, & nuptiæ injustæ detegantur; Per sacerdotalem  
vero copulam conjugalis demum unio & indissolubile conjugii vincu-  
lum contrahatur. Ex quo facile est judicare, illas, si nihil mali inde  
metuendum, dispensari posse, hanc non posse, quia ex instituto divino  
originem habet. *vid. Danhauerus in Theol. Conscient. Tit. 1. p. 2. Dial.*  
*3. sect. 2. quæst. 25. p. m. 118. Carpz. in Jurispr. Consist. L. 2. def. 142.*  
*Hahn. ad Wesemb. Tit. de Nupt. n. 5.*

§. 3.  
Sequitur **USUFRUCTUARIUS**, ab utendo fruendo sic dictus. *Erymologia*  
Ita enim Usufructui non vi vocis tantum usus inest, ut sine eo, Usus- *Usufructuarii.*  
fructus esse nequeat, sed & ex ipsa rei natura utendi commoditatem ei  
in esse, neminemque frui, nisi utendo posse apparet *ex L. 14. §. 1. ff. de*  
*Usu & habitat. L. 41. ff. de Usufr. Leg. Donell. Eucleat. Vol. 1. L. 10.*  
*c. 7. lit. a. p. m. 854.*

§. 4.  
Supereft **SAXONICUM**. Cujus vocabuli origo nondum satis *Unde Saxones*  
explorata videtur. Alii enim Saxones a duritie & Saxea quasi natu- *denominati,*  
ra; Alii ab antiquo Saxonum vocabulo *Saten*, vel *Sassen*, a quæ-  
sitis subinde novis sedibus denominatos autumant: argumento ab  
*Holzsaten*, quasi, *Holzgesessenen*, deducto a Dn. Sam. Schurtzlei-  
schio *in Disp. de Wittekindo Magno th. 3. lit. b.* Alii a Fossis derivant,  
quos inter Dn. Cluverus *in German. Antiqua L. 3. c. 21. §. 2. p. m. 593.*  
qui corruptam apud Tacitum esse vocem Fosi pro Saxonî: prima scil.  
syllaba *Sa* prorsus amissa, dein X. & N. vitiatis in F. & S. suspicatur,  
quæ tamen denominandi ratio valde tortuosa & vix probabilis. Non  
adeo lepidi (ut Domino Schurtzleischio quidem l. c.) mihi illi viden-  
tur, qui ab armorum genere, cultellis non absimili, quod *Sahs* vel *Sax*  
appellarunt, quoque in bello, & imprimis contra Thuringos aliquando  
sub sagis occultato, accincti usi sunt, nomen a memorabili illa Thurin-  
gorum strage, eos obrinuisse, cum *Widdechindo Corbejensi Lib. 1. An-*  
*nalium*, statuunt, eoque distichon a Dn. Buchnero *in Lexico suo ex*  
*Gothfrido Viturbienfi* relatum pertinet:

*Ipse brevis gladius apud illos saxa vocatur,*  
*Unde sibi nomen Saxo peperisse notatur.*

Cum Saxonica voce congruit, quod & Bohemis gladius *Sesac*. Sic &  
Longobardi ab hastis suis, longis scil. bardis, sive bartis, h. e. bipennibus,  
quas



quali Jure  
olim usi?

quas gestarunt, appellati magis, quam a longis barbis, vulgo creduntur, conf. pluribus Dn. Gerhard. Johann. Vossium, de vitiis Sermonis L. 2. C. 17. in voc. Saxa, p. m. 273. Neque adeo absurdum censeo priscos Saxones nostros, utpote militiæ unice deditos, inter alia cultellis quoque non dissimilibus armis usos fuisse, cum & hodiernum nostrorum militum cohortes nonnulli gladios a cultris majoribus parum aut nihil differentes, vulgo *Bayonettes* dictos, gestare soleant. De origine vero & Authoribus Juris Saxonici, quodque ante Carolum Magnum non scriptum saltem fuerit, latius videri possunt, Dn. Dr. Georg. Schultze in *prolegom. Synops. Inst.* & Petr. Heigius *Part. 1. qu. Jur. Civ. & Sax. 8. n. 16. seqq. p. m. 115. & seqq. aliique ab eo citati Dd.*

Definitio U-  
susfructus  
maritalis,

§. 5.  
Est igitur hic ususfructus maritalis, jus utendi fruendi bonis Uxorum Paraphernalibus in compensationem onerum matrimonii maritis ipso jure competens.

Ususfructus  
Jure Civili  
tantum Con-  
ventionalis,

§. 6.  
Jure equidem Civili Paraphernalium Ususfructus non nisi conventionalis est, consensu & voluntate uxoris expressa marito constituendus. *arg. l. 8. C. de Pact. Convent.* neque locus est præsumptionibus, unde licet uxore non-invita, seu non-dissentiente fructus ex illis perceperit, eos tamen suos minime facit, sed restituere uxori repetenti tenetur, quia dotis fructus saltem ob onera matrimonii ejus fiunt; dummodo adhuc extent percepti, aut locupletior inde factus sit maritus, quod in dubio præsumitur. *vid. Pruckmann. in vol. 2. Conf. 1. n. 475.*

Jure Saxon.  
mere legalis  
est.  
limitatio,

*& seqq. usque ad n. 480.* At e contrario hic noster Saxonicus mere legalis videtur, utpote Maritis ipso jure competens, non quidem absolute & simpliciter, sed ex hypothesi, uxore scilicet non contradicente, ante sacerdotalem copulam, sibi que pactis expressis ususfructum non reservante. *conf. infra cap. ult. §. 11.* Nisi forte ob id, quod præsumptus, ex non facta receptione illorum bonorum tacitus consensus, conventionem etiam tacitam importare videatur, quasi-conventionalem quis dixerit. At enim vero cum tacita seu præsumpta alias conventio regulariter non usque eo sui valitura sit momento, ut contrarii subsequenti contestationem excludat; hæc vero omnem ex postfacto mutandi vel contraria protestatione tollendi, tacitam, concessi semel in paraphernalibus marito ususfructus, quasi-conventionem, deneget potestatem, adeo ut quæ ab initio tacitæ seu præsumptæ voluntatis

Resp. object.



743  
Iuntatis fuit, ex post-facto necessitatis fiat, ob jus scil. maritis ex Dispo-  
sitione Juris Saxonici post sacerdotalem copulam quin & sponsalia  
quæsitum, merito a potiori solum legalis nomen merebitur. Cæterum  
dividi potest a Forma, in Verum & quasi. Verus est, qui salva rerum  
Substantia exercetur, & in rebus potissimum immobilibus, usque non  
Consumptibilibus constitui solet. Quasi vero in rerum fungibilium  
abusu consistit. *conf. c. 3. §. 1. num vero, sicuti in quasi-usufructu alio,*  
cautione hic opus sit *infr. cap. 4. §. 2. discutietur.*

a Forma,  
in verum &  
quasi.

## CAPUT II.

### De Causa Efficiente & Subjecto.

#### §. 1.

Causa igitur hujus maritalis usufructus efficiens Jus Saxonicum est,  
& quidem Non-scriptum. Nam etsi Dn. Andr. Rauchbar. *Lib. 1. quæst. 47. n. 32. & Carpz. part. 2. C. 15. def. 25. ex Land. R. Lib. 1. art. 31. & art. 45. & lib. 3. art. 45.* eum deducere velint, tantum tamen  
abest, ut ex illis textibus is probetur, ut potius contrarium haud obscure  
inde elici possit: Ut enim ab ultimo exordiar, *in art. 45. Lib. 3.* non  
nisi de tutela maritali agitur, quodque maritus statim post sacerdotalem  
copulam uxoris tutor legitimus fiat, daß er ihr ehelicher Vormund  
werde. In verb: Der Mann ist Vormund seines Weibes, zu Hand,  
als sie ihme getrauet wird &c. &c. *& in art. 31. Wenn ein Mann ein  
Weib nimmt, so nimmt er sie in sein Gewehr, und alles ihr Gut zu  
rechter Vormundschaft, &c.* a tutela autem ad usufructum male in-  
ferretur. Neque *in lib. 1. art. 45. in verb: Das Weib tritt in sein  
Recht, wenn sie in sein Bette tritt / &c. &c.* aliud quam Dominium in  
personas uxorum, vel quod conditionem & jura mariti consequatur, ex  
quo ejus thorum conscendit, indigitatur. Ast a Dominio personæ ad  
usufructum rerum nulla est consequentia. Ex textu vero *art. 31.  
Lib. 1. verb. Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem  
Leibe, &c.* quem pro cardinali vulgo allegant, illud potius concluden-  
dum esset, quod non solus maritus, sed uterque conjugum usufru-  
ctum omnium, & quidem non uxoris saltim, sed & mariti bonorum,  
communem habere debeant, prout etiam Glossa *ad d. art. sub lit. a.*  
ea verba ita interpretatur. Ut adeo moribus magis Saxonis & lon-  
gævæ consuetudini, quam juri expresso adscribendus videatur. Quan-  
quam non negaverim ansam fortasse Maritos ab hac communione u-  
usufru-

an ex Jure Sax.  
scripto vel  
non-scripto?

Respondetur  
Dn. Rauchba-  
ro, & Dn.  
Carpzovio.

limitat.



ususfructus & administratione bonorum, tutelaque conjugali arrogandi sibi solis integrum ususfructum, sumpsisse.

§. 2.

nititur æquitate naturali.

perinde ut dotis emolumentum.

Non tamen hæc inveterata consuetudo sua destituitur naturalis æquitatis ratione, quæ tacita lex dicitur in *L. 7. pr. ff. de bon. damnat.* utpote in compensationem onerum matrimonii eum concedens. Ita enim secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda *L. 10. ff. de R. J.* per plurima autem Virum manere matrimonii onera, non alendi solum uxorem & liberos cum familia arg. *l. 19. ff. de O. & A. junct. l. 56. §. 1. ff. de Jure Dot. L. fin. §. 1. in fin. ff. que in fraudem Cred.* facta tecta servandi ædificia dotalia *L. 7. §. 2. ff. de Usufr. L. 4. & 5 ff. de impens. in Res dot.* sed & infinita alia nemo facile ibit inficias. Quo igitur facilius nubendi conditionem invenirent fœminæ *l. 2. ff. de Jur. dot. & L. 1. ff. sol. matr.* & ad subeundum matrimonii onera eo magis invitarentur mares, optima sana ratione non a Legumlatoribus tantum ut dos matrimonii oneribus inservire Maritusque omne emolumentum inde habere & percipere debeat introductum est *L. 76. in fin. ff. de Jur. dot. junct. L. 20. C. cod. L. 75. in fin. ff. d. t.* sed & Saxones nostri idem in paraphernis, ut in subsequenti audiemus, comprobarunt.

§. 3.

Subjectum cui debeatur.

an etiam Sponso?

negatur.

**SUBJECTUM** hujus ususfructus, ut ex Rubrica patet, **MARITUS** est. Unde facile erit adjudicare, ex quo tempore ususfructus hujusmodi actu incipiat deberi. Nimirum etsi quidem sponsus alias in favorabilibus Mariti quoque nomine veniat, eorumque jure utatur. *L. 4. ff. de fund. dotal. L. 6. C. de don. ant. nupt. L. 5. C. de don. qua lib.* fallit tamen hoc, quoties aperta Juris ratio est in Contrarium, aut de præjudicio sponsæ agitur. arg. *L. 45. §. 4 ff. de R. N. l. 9. & 10. ff. de his qui not. inf. L. 1. §. 1. & ult. ff. pro dote.* Cum igitur propter onera matrimonii ususfructus marito, ut §. 1. preced. diximus, a lege specialiter sit concessus, ibique demum dos esse & ususfructus expresse jubeatur, in *L. 56. §. 1. ff. de Jur. Dot.* ubi onera sunt matrimonii; inter desponsatos autem nondum matrimonium contractum sit, nullaque sufferenda onera, ideoque nec proprie conjugum, mariti scil. & Uxoris, nomine venire possunt. per *l. 1. §. 3. & fin. ff. pro dote, junct. arg. l. 10. §. 5. ff. de jur. dot.* maxime cum metuendum, ne alias fragilitas sexus sponsæ, a sponso ad tradendum facile persuadendæ, in perniciem substantiæ



stantiæ ejus converteretur, si fructus ex re dotali ita sine causa perciperet sponsus, & cum damno sponsæ locupletaretur, *arg. pr. Inst. quib. al. licet vel non.* quare cautum est in *l. 38. §. 12. ff. de Usur. & l. 6. ff. sol. Matrim.* ut fructus, ante nuptias percepti dotem augere, diremptoque morte vel divortio matrimonio restitui debeant: ex quo sponte sua fluit, quod sicut a momento sacerdotalis copulæ matrimonium incipit, illiusque onera ad maritum pertinent, ita nec immerito usus fructus eidem compensando relinquatur; adeo ut nec consensione thalami hic opus sit, prout alias ad effectum succedendi ex statuto vel pactis dotalibus a Jure Saxonico Communi in *Land-R. lib. 1. art. 45. verb. wenn sie in sein Bette tritt, &c.* & Electorali in *Part. 3. c. 19. verb. das Beylager, oder Bette-Beschreiten erfolgen muß, &c.* specialiter requiritur. Neque enim a negatione successionis ad negationem Ususfructus, tanquam a separatis, procedit argumentatio. *arg. §. un. Inst. de leg. Fus. & arg. §. 7. Inst. qui & ex quib.* Siquidem ususfructus ex causa onerosa marito debetur *l. 19. ff. de O & A.* in compensationem onerum matrimonii, quousque ea sustinet *l. 20. C. de Jur. dot.* Successio vero non æque, sed mere lucrativa est. Faciunt huc ea, quæ tradit in simili *Carpz. P. 3. C. 19. def. 1. n. 15.*

§. 4.

Atque hæc quidem in veris & legitimis Maritis extra dubium sunt, in Putativis autem, h. e. qui contra legum præcepta in gradibus prohibitis, errore Juris vel facti aliquam sibi junxerunt, diversum fortasse statuent illi, qui tale matrimonium in tantum jure nostro in *§. 12. Inst. de Nupt.* nullum pronunciari perpendunt, ut nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligi debeat: Ubi igitur nullum matrimonium, ibi nec maritus, & per consequens nec Ususfructus maritalis intelligi potest. *arg. l. 3. C. de Sentent. ex brevic. recitand.* Enim vero textus iste (1.) de futuro saltem, non præterito tempore loquitur, h. e. quod nec dos nec matrimonium, adeoque nec maritus, ex quo scilicet illicita conjunctio innotuit, intelligi amplius debeat: non autem præcise dicitur; quod retro quoque, durante putativo matrimonio gesta invalidari, vel a marito, jure Ususfructus maritalis percepta revocari indistincte debeant. (2.) De iis tantum modo exaudiendus videtur, qui scienter contra legum præcepta coierunt; & sane, si ambo hoc sciverunt, & incestas nihilominus, vel illicitas alias, contraxerunt nuptias, tunc dissoluto rursus incestu, non exactio saltem dotis mulieri

fructus dotem augent. & restituenti. a copula sacerdotali debetur.

non a consensione thalami. ut Successio, quæ ratio?

An etiam putativis Maritis.

explicatur §. 12 Inst de Nupt.

Distingv. num utraque pars prohibitionem sciverit?

B

dene-





an solus ma-  
ritus?

denegabitur, & dos caduca fit, *d. §. 12. & L. 38. §. 1. ff. de R. N.* sed & a Marito putativo, quod fructuum nomine, medio temporis percepit restituendum *L. 52. ff. de R. N.* add. Mynsinger. *in Comment. ad d. §. 12. n. 1. p. m. 60.* unaque cum dote fisco cedit. *L. 4. C. de incest. nupt. l. 32. §. ult. ff. de don. inter V. & U.* Sin solus maritus id sciverit, uxor vero ignoraverit, huic quidem dotis & illatorum repetitionem concedimus, fructuum a Marito perceptorum autem negamus, quia dotem repetit conditione sine causa, *L. fin. ff. de cond. sin. caus.* utpote cessante, ob quam data erat, soluto matrimonio, causa; at vero durante conjunctione subfuit causa, alimentationis scilicet, cum igitur fructus in compensationem alimentationis aliorumque conjunctionis (ut ut illicitæ) onerum percipiant mariti, quidni & talis, ex hac eadem onerosa causa, suos illos fecerit? maxime cum nec uxor, inde alimentata, quasi pauperior reddita conqveri possit?

Fiscus marito  
fructus aufert

deductis im-  
pensis neces-  
sariis.

An uxor sola.

an ambo i-  
gnoraverint.

§. 5.  
Non tamen ob id marito eos irrevocabiliter addicimus, quia fiscum stricto Jure illos, quasi lucrum iniquum, ei extorquere posse existimamus. *arg. l. 2. §. 1. in fin. l. 13. & 14. ff. quæ ut indign. L. 4. C. de incest. Nupt.* deducto saltem eo, quod impensarum necessariorum, nomine in dotem aliunde illata impendit. *L. 61. ff. de R. N.* Uxore autem incestus solum conscia, maritus ceu bonæ fidei possessor alius, fructus perceptos sibi retinet *conf. Borgnin. Cavalcanti tr. de tut. & Curat. & usufruct. mulier. relict. S. 4. n. 22. p. m. 458. seqq.* dote fisco caduca *d. l. 4. C. de incest. Nupt.* detractis tamen ei etiam prius impensis necessariis, quæ dotem ipso Jure minuunt, *d. L. 61.* nisi illæ modicæ sint, vel intuitu percipiendorum fructuum magis factæ *l. 12 & 15. ff. de impens.* has enim putativum maritum, compensatis fructibus perceptis, ad finem superflui servare tantum debere disponitur *in l. 42. §. 1. ff. sol. Matr.* Multo igitur magis tunc Marito putativo relinquendus usus fructus dotis & illatorum perceptus erit, si utraqve pars innocens & vel lubrico ætatis lapsi sint, vel injusta ad minimum, non simulata, crassa, aut affectata juris vel facti ignorantia fuerint; quod ex circumstantiis facile dijudicabitur. *conf. Carpzov. Prax. Crim. p. 2. qv. 73. n. 95. Dissentit quoad fructus onera matrimonii excedentes Fontanella de Pact. Nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 1. n. 19. fol. 261. & Mantica de Ambig. & tacit. convent. Lib. 12. Tit. 30. n. 15. fol. m. 743.* putativum enim matrimonium hac in parte, eadem cum vero, quasi dotis privilegia habere dicitur



dicitur in L. 22. §. fin. ff. sol. matr. add. arg. l. 8. ff. de condi. ob turp.

Amad. Eckolt. in Comment. ff. tit. de Jure dot. §. 2. dummodo errore modo errore  
comperto, aut ubi ad legitimos pervenerint annos conjunctionem hu- comperto dis-  
jusmodi sine ulla procraftinatione dirimant, nec in perpetuo reatu in cesserint,  
permaneant. d. l. 4. C. de incest. Nupt. conf. Bachov. ad §. 12. Inst. de  
Nupt. n. 5. p. m. 90. & Mynsing. ad eundem §. lit. a. p. m. 60. item  
Schneidew. ad d. §. 12. n. 15. p. m. 79.

§. 6.

Neque hic ratione fructuum vel retinendorum vel restituendo-  
rum inter incestas vel nefarias, & inutiles nuptias distinguimus, ob ge-  
neralitatem textuum in d. §. 12. Inst. de Nupt. & l. 4. C. de incest. quan-  
quam ratione reliquarum poenarum, ut puta; confiscationis omnium  
bonorum, missionis in exilium, &c. discrimen aliquod Dn. Schneide-  
wino libenter admittamus. Conf. Brunn. in Cod. ad L. 6. C. de incest.  
Nupt. n. 8. p. m. 548. b. Ceterum licet poenae hae incestus & illicita-  
rum nuptiarum Jure Civili ita obtinuerint, moribus tamen hodiernis  
incestus in linea recta gladii, in collateralis vero pro qualitate circum-  
stantiarum & proximitatis graduum, modo fustigationis cum perpetua  
relegatione, modo relegationis perpetuae vel temporalis modo alia ar-  
bitraria poena punitur. vid. Carpz. in prax. Crim. p. 2. qu. 73. n. 17. 46. & 52.  
Neutro tamen horum casuum dotēs caducae fiunt, confiscatione extra  
casum Criminis laesae Majestatis penitus hodie abrogata in Nemesi Ca-  
rolina art. 218. conf. Eckolt. in Comment. ff. Lib. 48. tit. 20. §. 2. p. m.  
1374. Quin scienter, etiam in linea recta, incestum committentes ad mor-  
tem damnati dotem & usum fructum perceptum ad haereses transmit-  
tunt Nov. 134. cap. fin. & Const. Elect. Sax. 6. part. 3. ibiq; Carpz. mul-  
toque magis uxor talis putativa, aetate forte seducta, atque hinc extraor-  
dinaria saltem poena afficienda, vel etiam proximitatem ignorans, diremp-  
to matrimonio dotem suam recipiet. conf. Carpz. prax. Crim. p. 2. qu. 73.  
& 95. & 96. In linea vero collateralis uti contracta semel, incestuosa eti-  
am, a scientibus Conjugia non rescinduntur, conf. Carpz. in Jurispr.  
Consist. L. 2. def. 83. n. 1. & 2. def. 99. per tot. ita frustra de usufructus  
maritalis duratione dubitaretur.

§. 7.

Illud autem interesse putamus, Maritus sui Juris, an in Patria  
adhuc sui Parentis potestate sit. Si enim ipse in sacris paternis adhuc  
constitutus est, uti Parens eum exhibere oneraque matrimonii susterre  
tenetur, ita & usufructus quoque haud dubie ei debetur, arg. l. 46.

An inter ince-  
stas & inutiles  
nuptias distin-  
guendum?

Quid moribus  
hodiernis?

in incestu li-  
nea rectae.

in linea colla-  
terali.  
an rescindatur  
tale matrimo-  
nium? negatus

An maritus fi-  
lius famil: lu-  
cretur fructus?  
negatur.  
sed pater ejus,





etiam hodie.

*in fin. ff. Fam. hercisc. l. 56. §. 1. & 2. & l. 57. ff. de Jur. dot. Franc. Mantic. de Amb. convent. l. 12. T. 30. n. 17. fol. 744. quia non filio familias sed Patri omnia acquiruntur, tot. tit. Inst. per quas pers. in tantum quidem, ut nec invito Parenti lucrum hujusmodi usufructus dotis auferri, vel interverti Jure civili potuerit, tametsi filius ipse, se suamque familiam exhibere, & onera matrimonii in se suscipere paratus fuerit. arg. §. fin. Inst. quib. mod. patr. pot. juncta l. 1. §. ult. ff. de lib. exhib. Et quamvis hodie idem quoque statuendum in filio familias separatam, a Paterna, œconomiam non habente arbitret, cum hac in parte Jure nostro saxonico diversi nihil dispositum reperiatur. arg. l. 32. C. de Appell. & l. 27. C. de Testament: Secus tamen se res habet tunc, si ipse familiam suam exhibeat, nec Patris victu amplius utatur, wenn er seine eigene Haushaltung angestellet, und sein eigen Feuer und Heerd hat.*

§. 8.

An idem in Socero dicendum? neg. Quid si ex pacto familiam generi exhibeat? distinguatur.

Si sine pacto jure alterius creditoris gaudet.

limitatur.

Quod autem de Patre Mariti diximus, in socero ob defectum Patris potestatis, non item procedit. Hinc, licet gener forte domo & pane Soceri utatur, usufructus tamen maritalis non statim ei auferretur: aut enim socer ad exhibendum generi familiam, in pactis forte diotalibus se obstrinxit, aut non; illo casu, si dotem genero solverit, nihil pro exhibitione recipit; sin promiserit saltim, usuras dotis promissæ, citra ullam stipulationem lucrifacit. l. 69. §. 3. ff. de Jur. Dot. l. 42. §. 2. ff. sol. Matr. quin & errore solutas condicere potest, per text. elegant. in l. 17. pr. ff. de Dol. Mal. except. tametsi forte usuræ vel etiam fructus ex rebus in dotem promissis percepti, impensas istas multum superaverint, quia frequenter etiam dotis fructus non sufficiunt ad onera illa matrimonii supportanda, ut loquitur Pontifex in cap. 16. X. de Usur. Usufructum tamen Paraphernalium filię Socer sibi minime vindicare potest, sed genero tanquam Marito, is non immerito permanet. Quod si se non obstrinxerit socer non de usuris tantum, sed & de sorte dotis deducere & jure alterius Creditoris aut Negotiorum Gestoris compensare & exigere poterit, cum impensæ istæ in rem generi filięque versæ sint. l. 20. & 21. ff. de in rem vers. nisi probare velit gener aut filia Pietatis potius, quam compensandi animo sumptus a Socero factos. arg. l. 34. ff. & l. 11. C. de Neg. Gest. quod quidem in dubio non præsumendum. arg. l. 25. pr. ff. de probat.

§. 9.



§. 9.

Cum igitur Maritis in bonis Uxorū usufructus competat, an non & vice versa uxoribus, in donatione minimum propter nuptias, vel dotalitio idem juris tribuendum cum ad paria invicem judicentur? Neutiquam. Nam cum in uxoribus fundamentum hujus usufructus, maritalis scil. prerogativa & potestas nec non sustentatio onerum matrimonii deficiat, & ipse quoque effectus cessabit. Sive enim ex jure Civili, sive Saxonico id consideres, neutro jure iustinebitur. Illo namque cum in securitatem aut compensationem dotis constituta credatur, ejusdem quoque cum dote naturæ, ceu accessorium æstimabitur. *L. ult. C. de Don. ante Nupt.* atque adeo in his non minus quam in dote marito usufructus concedetur. Ut taceam non simpliciter, sed sub conditione, morte vel divortio, soluti matrimonii, donationem propter nuptias fieri, ante autem hujus existentiam nihil in esse, ratione percipiendorum fructuum, ponitur, sed donatæ, uti in numero rerum Mariti interim habentur, ita & interea ejus administrationi & arbitrio subsunt, iisque ille utitur fruitur, uxoribus hypotheca in iis ipso jure competente. *L. 19. vers. jura § c. C. de donat. ant. Nupt. Conf. Brunemann. ad Comm. L. 5. tit. 3. leg. 18. fol 538. vide tamen Ord. Saxon. Proc. T. 43. §. so viel das Gegenvermächtniß.* Hoc vero Saxonico nostro id multo minus obtinebit, cum regulariter omnium uxoris bonorum maritus legitimus administrator & usufructuarius sit, nec in rebus propter nuptias donatis diversum quid statutum reperiat. *Conf. D. Henning. Göden. Consil. 101. n. 11. p. m. 555.*

An etiam uxoribus in donatione propter nuptias competat? negatur. tam Jure Civili.

quam Saxonico.

CAPUT III.  
De Objecto.

§. 1.

**O**bjectum Usufructus nostri adæquatum, ut ex definitione apparet, Paraphernalia uxorū sunt. Dotis enim fructus Maritus jure domini percipit, *arg. pr. Inst. quib. al. lic. l. non L. 7. §. 3. ff. de jur. dot.* sive ea in quantitate & rebus fungibilibus. Sive in specie aliqua fuerit constituta. De quantitate & rebus fungibilibus in dotem datis, nemo dubitabit, quin plenissimum illarum Dominium in Maritum transferatur, adeo ut ad arbitrium suum eas distrahere possit, & generis tantum debitor fiat. *L. 42. ff. de Jur. Dot.* Quod si autem in certa specie

Paraphernalium. non dotis usufructuarius est. Sed Dominus.





Distingv. an  
æstimato an  
inæstimato,  
data.

an mortuo  
marito vidua  
dotem æsti-  
matam vindi-  
care possit?

an consensus  
Curatoris ad  
æstimatorem  
requiratur.

ampliatur.

dos consistat, vel æstimato ea, vel inæstimato tradita est, utriusque  
Dominium diverso licet cum effectu Maritus consequitur, & æstima-  
tæ quidem paulo liberius, æstimatio namque cum inducat venditio-  
nem, *L. 10. C. de Jur. Dot.* mediante traditione ad instar alterius em-  
ptoris jura Domini, & quasi-venditricis, h. e. plenam proprietatem,  
nanciscitur, *vid. Brunn. in Exerc. Instit. 9. ad L. 2. t. 8. pr. p. m. 78.*  
vi cujus alienare & oppignorare eas potest pro lubitu *l. 9. §. 3. & L. 11.*  
*ff. de fund. dot. L. 10. C. de J. D.* cum debitor saltem quantitatis seu æ-  
stimationis existat. *L. 10. pr. ff. de Jur. dot.* quod eo quoque usque  
Jure Civili (nam Saxonico, extra casum pacti de restituenda heredibus  
uxoris æstimatione, vix quæstioni locus datur, cum Maritus tanquam  
heres mobiliaris in æstimatione succedat, *vid. Decis. Elect. Sax. 24.*)  
verum est, ut nec soluto morte vel divorcio Matrimonio viduæ, ejusve  
heredibus, pro æstimatione res illæ dotales, forte adhuc existentes, ob-  
trudi invicis queant, *arg. l. 10. §. fin. ff. de J. D.* nisi alternative con-  
venerint, ut aut æstimatio aut res præstetur *d. L. 10. junct. L. 9. §. 3. & l. 11.*  
*ff. de Fund. Dot. §. 33. Inst. de Action.* sicuti nec econtrario uxor, di-  
rempto conjugio, eas invito marito, ejusque heredibus, vindicare pot-  
est. *arg. d. l. 10. §. fin. & l. 12. §. 1. verb. erit arbitrium mariti utrum  
justam æstimatorem an potius servum præstet. ff. de Jur. Dot. Math.*  
*Wesemb. in Comm. Cod. l. 3. T. 33. leg. 6. n. 3. p. m. 1078.* quia titulo,  
ad transferendum Dominium habili, pro dote, eas maritus accepit.  
*arg. tot. tit. ff. pro Dot.* Proinde oblata æstimatione contenta esse ob-  
ligabitur *L. 5. C. de Jur. Dot.* dummodo moribus hodiernis æstima-  
tioni peculiaris Curator adhibitus, eaque justæ ætatis fuerit, ne propter  
lubricum judicii læsa restitutionis beneficium mereatur. *arg. l. 6. §. 2.*  
*& l. 12. §. 1. in fin. ff. de Jur. Dot. adde Decis. Elect. nov. 24. ibiq; Phi-*  
*lipp.* nam etsi quidem ad constituendum dotem, in rebus mobilibus in-  
distincte, & in immobilibus inæstimatis Curatore præcise non indigeat.  
*arg. P. 2. Constit. Elect. Sax. 15.* Ejus tamen Consensus in æstimatio-  
ne Immobilium non minus, quam in aliis venditionibus requiritur.  
*Carpz. d. Const. def. 11. & Const. 43. def. 9.* Qui ne tunc quidem suf-  
ficiet, si uxor minorennis adhuc fuerit, sed decretum insuper accedat  
necesse est. Alias enim, impetrata in integrum restitutione vindicare  
eas poterit pro lubitu. *Octavius Simoncella tr. de Decretis L. 3. tit. 8.*  
*n. 96. p. m. 519.* Id quod in subsidium tamen etiam majorennibus  
concedendum, tunc arbitramur, si res mobilis vel immobilis æstimata,  
exi-



727  
existente super bonis mariti concursu, adhuc extet, arg. L. 21. ff. de Ma-  
rum. L. 30. C. de Jur. Dot. L. 55. ff. de don. int. V. & U. conf. Math. an uxor resti-  
Wesemb. in Comm. Cod. l. c. n. 4. p. m. 1079. non autem si alienata, tuenda?  
contra tertium dabitur, arg. l. 59. ff. sol. matrim. L. 11. ff. de fund. dot.  
Nulli tamen dubitamus, quin majorennis uxor existente concursu, sua exceptio,  
vindicatione utili, & quasi subsidiaria, excludatur, si reliqui Creditores  
æstimationem aliunde ei præstare malint; forte si res illa meliorata, aut  
præsenti tempore carior venire possit. arg. l. 5. vers. si pecuniam tibi  
offerat. & c. C. de jure dot.

§. 2.

Inæstimatæ quoque dotis Dominum maritum effici, non expres-  
sis tantum Juris textibus, in pr. Inst. quib. al. lic. sed & ex ratione Ju- otiam inæsti-  
ris, illiusque effectibus facile probari potest, datur enim ei pro his rei mata dotis sit  
vindictio L. 7. §. 3. in fin. ff. de Jur. Dot. quæ non nisi Dominis dominus,  
petit, L. 9. C. de R. V. omnesque ad instar Domini percipit ejus utilita-  
tes, & sine cautione rati, suo quasi nomine in judicio admittitur vid.  
Dn. Nicolai Process. Jur. c. 7. n. 38 p. m. 102. qui sane non nisi Domi-  
nii effectus sunt insigniores; utut restrictum admodum illud etiam  
non inficiemur, tum ratione temporis, tum ratione modi, & illius qui-  
dem quod ultra matrimonii durationem se non extendat, sed soluto  
Conjugii vinculo & ipsum resolvatur. arg. l. 1. C. de Condict. ob. caus.  
dat. hujus vero, quod nec distrahere nec oppignorare aut quocunque  
modo deteriorare eam possit. conf. L. 5. ff. de fund. dot. quia non cor-  
poris ipsius seu substantiæ, sed juris saltem dispositione, & quoad exer-  
citiium Domini, ratione vindicationis & percipiendarum utilitatum,  
pro Domino habetur. Unde & ab effectibus his Civilibus, Civile ei  
tantum, uxori vero Naturale Dominium communiter tribuitur. arg. l.  
30. C. de Jur. Dot. quod alii in marito Utile, in uxore Directum appel-  
lant, vid. Carpz. Part. 2. Const. 42. def. 19. Antonius autem Faber in  
Comment. Cod. lib. 4. tit. 22. def. 6. n. 8. p. m. 424. Maritum Domi-  
num Bonitarium, uxorem dominam Quiritariam vocat. Atque hinc  
etiam est, quod, cum uxor corporis ipsius Dominium retineat, pericu-  
lum quoque ejus ad illam spectet. l. 10. pr. ff. de Jur. Dot. & contra-  
rio Maritus non ut Usufructuarius, sed ut Dominus scil. Civilis, commo-  
da & fructus quasi ex re, constante matrimonio, sua propria per-  
cipiat.

§. 3.



Quæ sint Para-  
phernalia?

quoduplicia  
Uxoris bona?

Jure Civ. non  
differunt pa-  
raphernalia &  
Receptitia.  
Sed Jure Sax.  
& cur?

Dissentitur a  
Dn. Mevio.

& a Dn. Rich-  
tero.

Cum igitur, ut dictum, Ususfructus hic in paraphernalibus tan-  
tum subsistat, non immerito disquirendum ante omnia videtur, quæ Pa-  
raphernalium nomine hic proprie veniant. Dicuntur autem Para-  
pherna a *παρά* supra s. ultra & *ὑπὲρ* dotem, quasi ultra dotem marito  
allata, qualia sunt omnia non-dotalia. Et quamvis alias communiter  
Interpretes triplicia constituent Mulierum bona; Dotalia scil. quæ in  
compensationem onerum matrimonii: Paraphernalia, quæ ultra do-  
tem, vel sine dotali qualitate afferuntur, marito administratione reli-  
cta l. 5. C. de pact. Convent. & Receptitia, quæ sibi uxor expresse exce-  
pit, h. e. disponenda & fruenda reservavit; Jus tamen nostrum Civile,  
non nisi duas agnoscit species, Dotalia scil. & non Dotalia, quæ scil. ultra  
dotem afferuntur, administratione & Ususfructu uxori ipso jure compe-  
tente. l. 8. C. de Pact. Convent. ut proinde Jure Civili inter parapherna-  
lia & Receptitia nulla reperitur differentia. In foro tamen Saxoni-  
co recepta est illa distinctio, ideo, quia Paraphernalium ipso jure mari-  
to Ususfructus & administratio competit, nisi expresse ea sibi uxor re-  
servaverit, unde si suæ dispositioni quædam exceperit, Receptitia appel-  
lari solent: Quia recipere in jure nostro idem significat atque excipe-  
re. l. 205. ff. de V. S. Ex his igitur facile est judicare Dn. Dav. Mevium  
in Comm. ad Jus. Lubee. L. 1. tit. 5. n. 2. p. m. 151. Paraphernalia mi-  
nus recte per verba, *sonderliche, eigene, vorbehaltenne Güter*, reddi-  
disse, eamque denominationem Receptitiis potius tribuendam esse.  
Neque ratione loci quicquam referre putamus num in vel extra do-  
mum Mariti ea uxor possideat, cum & Paraphernalia extra domum, &  
Receptitia in domo mariti habere & possidere possit, cum non locus  
sed Receptitia qualitas discrimen constituat, secus ac opinatur prælau-  
datus Dn. Mevius l. c. & quanquam communiter receptitia germ:  
*Sparthaaffen/Spielgelder, Handgelder*, &c. efferant: Speciei ta-  
men magis quam generis hujusmodi denominatio est, cum non omnia  
receptitia in pecunia, sed aliis etiam quibuscunque rebus mobilibus  
vel immobilibus consistant. Cæterum, licet Dn. Christoph. Philipp.  
Richter in tr. Cred. c. 3. Sect. 1. n. 99. p. m. 258. & in tr. de success. ab.  
Intest. Sect. 4. membr. 1. n. 8. p. m. 370. Jure Saxonico ususfructum  
omnium uxoris bonorum, sine ulla distinctione, ad maritum pertinere  
statuat, vel sola tamen, receptitorum superius tradita definitione re-  
felligur.



Cognita sic bonorum uxoris differentia, cumque multum sæpe, ratione prælationis, vindicationis *conf. præc. §. 1. in fin.* aliorumque privilegiorum interfit bona esse vel Paraphernalia vel Dotalia; Sciendum, in dubio bona potius præsumi Paraphernalia quam dotalia, tametsi nulla dos constituta fuerit. *Gail. L. 2. Obs. 82. Matth. Wesemb. Consil. 25. part. 1.* Nam etsi vi nominis Parapherna sine dote esse non videantur, a potiori tamen eam denominationem saltem desumptam esse arg. *l. 9. §. 3. verb. sed quia non puto hoc agi & c. ff. de Fur. Dot. & l. 5. C. de Pact. convent.* firmiter concluditur; maxime cum & matrimonium sine dote subsistere possit, *L. 11. in fin. pr. C. de Repud. quidni & Parapherna? Dissentit Anthon. Faber in Comm. Cod. L. 5. t. 9. def. 13. fol. 59.* Si nimirum uxor res suas in domum mariti inferat, doti tamen præcise non constituat *per L. 9. §. 3. vers. plane ff. de Fur. Dot.* cum igitur ad dotis constitutionem potissimum animus contrahentium requiratur, adeoque in facto consistat, non minus quam aliæ conventiones & facta erit probanda. *arg. l. 7. §. 3. ff. de Curat. Furios. L. 1. C. de dote cauta. L. 2. ff. & L. 1. C. de Probat.* quæquam hic conjecturata etiam ex circumstantiis probatio admittatur. *arg. L. 9. §. fin. & L. 30. ff. de Fur. Dot. Carpz. part. 1. Const. 28. def. 87. n. 3. def. 89. & 90. it. P. 2. Const. 16. def. 11. Joh. Heeser. in loc. Comm. Part. 2. loc. 12. n. 14. p. m. 518.* deficiente autem probatione pro paraphernalibus, non dotalibus, reputantur, quia in dubio quælibet res suam pristinam naturam habere præsumitur, h. e. talis qualis fuit ab initio, donec mutatio probetur. *arg. l. 8. C. de Serv. & aqu. Ludwell. Synops. Feud. cap. 2. §. fin. p. m. 38. Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 2. q. 7.* Et quamvis *Math. Colerus P. 1. Dec. 57. n. 3* attestari velit, quod in Saxonia ex consuetudine omnia illata Mulieris habeantur pro dote, sive marito dotis loco sint tradita, sive non tradita, aut stante matrimonio ex successione vel aliunde quæsitæ; magna tamen inter hæc duo, testante experientia & Juris Saxon. dispositione reperitur differentia; Doti enim non hypotheca tantum tacita sed & prælationis jus conceditur: Paraphernis autem hypotheca saltem tacita. *vid. ord. Process. Sax. tit. 43. §. was aber ic. & tit. 45. princ. item Part. 1. const. 28. Part. 2. C. 16. & 24. ibiq; Carpz.* Sic & illius hypotheca statim a momento consummati matrimonii von Zeit des Kirchgangs an, horum vero a tempore demum illationis incipit, *conf. Carpz. p. 2. Const. 24. def. 3.*

Bona in dubio  
præsumi Para-  
phernalia.

Resp. objectio-  
ni.

cur?

Receditur a  
Du. Colero.

Differunt ef-  
fectibus dotes  
& parapherna.



Phil. Richter *tr. de Priv. Cred. c. 3. sect. 1. n. 106. seqq. p. m. 259. & seqq.* Et Dos communiter Ehegeld, Mitgift, Ausstattungs = Gelder, 2c. appellatur. Paraphernalia autem plerumque illatorum tantum nomine, einbringen, eingebrachtes oder zugewandtes Gut, venire solent.

§. 5.

Jure Civ. maritus non administrat Paraphernalia.

nec iis fruitur.

Secus Jure holierno.

Licet autem sæpenumero de qualitate paraphernali nullum dubium, super administratione tamen non raro inter Conjuges controversatur. Sane, jure Civili, cum Maritus non nisi earum rerum quasi depositarius sit. *L. 9. §. 3. verb. & plerumq; custodiam & c. ff. de Jur. Dot.* depositariusque regulariter re deposita non utatur. *l. 1. pr. & l. 24. ff. de pos.* maritus non est, quod invita uxore administrationi eorum se immiscere nequeat. *l. 8. C. de pact. Conv.* multoque igitur minus fructus exinde perceptos suos faciet, quin ad restitutionem eum teneri supra ex parte *cap. l. §. 6.* meminimus: nisi forte expresso uxoris consensu illos perceperit; tunc enim non nisi in quantum locupletior inde factus obligabitur; pariter uti alias de Paraphernalis ipsis, consentiente uxore consumptis *in l. 17. C. de don. int. Vir. & Ux.* idem disponitur. *conf. Brunnem. in Comm. Cod. ad d. l. 17. p. m. 581.* Illud singulare est, quod licet alias ex sola Paraphernalium administrationis permissione fructuum donatio, ut dictum, non præsumatur, cautionum tamen fæneratitiarum paraphernalium, ab uxore extra dotem traditarum, & a marito exactarum usuræ ei hætenus acquirantur, ut eas circa se & uxorem expendere possit: quod si igitur promiscuis usibus non expenderit, aut in suam tantum utilitatem converterit, e. g. suum æs alienum inde exsolvendo, in quantum locupletior probabitur, restituere tenetur. *conf. Brun. in Comm. Cod. ad l. 8. de pact. Conv. n. 4. f. m. 574. Pruckm. Vol. 2. conf. 1. a n. 475. usq; 480. fol. m. 69.* Hæc tamen non de usuris, ante traditionem paraphernalium marito factam, sed post eam tantum debitis intelligo; nec frui eum usuris amplius posse, quam quousque uxor protestando non contradixerit, autumo: *arg. l. 8. C. de pact. Conv.* Moribus autem Saxonis secus se res habet, ibi enim tacita uxoris voluntas sufficit, & nisi ab initio usum fructum sibi expresse receperit, postea marito eum denegare vel auferre nequit, imo ne administrationem quidem Paraphernalium, contracto matrimonio, amplius retinere potest, quia maritus legitimus tutor uxoris, & administrator ejus bonorum est, per text: in *Land. R. Lib. 1. Art. 31. verb.*

Wann



749

Wann ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie in sein Gewehr, und alle ihr Gut, nisi forte dilapidationis, malæve administrationis ar- exceptio  
 gui possit, tunc enim vel cautio ab eo exigi, vel etiam administratio ei plane auferri, pecuniaque, aut alia paraphernalia aliis elocari, & usuræ vel reditus ei præstari possunt. *conf. Carpz. P. 2. C. 10. d. 9. Petr. Fontanella tr. de Pact. Nupt. vol. 2. claus. 5. gloss. 2. part. 3. n. 44. seqq. fol. m. 393. & infra cap. ult. §. 10. & cap. 4. §. 2. huc faciunt, quæ in simili tradit D. Mod. Pistoris in Consil. l. qu. 4. n. 38. fol. m. 12. verb.* So viel aber die Zinse anlanget, die der Frauen Erbschafft bey ihrem Leben getragen, wird in L. fin. C. de Pact. Convent. dem Manne die Macht gegeben, daß er solche Zinse, so de bonis paraphernalibus uxoris, h. e. præter dotem allatis vel acceptis gefallen, auff ihrer beyden Eheleute Unterhaltung möge wenden, und ausgeben. Darum da solche Zinse zu der Haushaltung verzehret/ausgegeben, und nicht mehr vorhanden, so könnte Christoph. von B. von der Frauen Erben, da sie gleich kein Testament gemacht, und des Orts Sächsis. Recht nicht gehalten wird, solcher Zinse wegen nicht belanget werden. *add. Math. Coler. in Cons. 25. num. 26. & 41. fol. m. 127. & 128.*

§. 6.

Fructus Paraphernalium, ut aliarum rerum non sunt unius generis, alii enim sunt Naturales, qui sola operante natura: *l. 121. ff. de V. S.* alii Industriales, qui partim natura, partim & potissimum cooperante opera humana producuntur *arg. L. 45. ff. de Usur.* alii Civiles, qui sola opera & provisione humana, non ex re ipsa, sed occasione ejus acquiruntur. Et quamvis passim hæc trichotomia melioris distinctionis gratia recepta sit, teste Meiero *in Coll. Jur. Arg. Lib. 22. th. 32.* & Lauterbach, *ad L. 22. ff. Tit. 1. lit. D. p. m. 328.* Ea tamen Jacobo Menochio *in tr. de Arbitr. Jud. L. 2. cent. 3. cas. 110. n. 30. p. m. 333.* & Johanni Corasio *in Miscell. Jur. Civ. L. 5. c. 9. p. m. 353. & 354.* non arridet, ut pote ad dichotomiam omnes reducentibus, quanquam in eo inter se nihilominus dissentiant, quod Corasius etiam industriales in specie ita dictos ad naturales referat; Civiles autem nostros industrialium nomine solos insigniri velit. Jacobus Menochius econtrario rejecta prorsus tertia, Civilium scil. specie, naturales & industriales eo, quo nos, distinxit modo, simulque Corasium latius refutat. Uti vero in divisionibus fructuum Doctores non conveniunt, ita multo minus in determinandis illorum speciebus & exemplis unanimes sunt: adeo

Fructus alii  
 naturales.  
 industriales;  
 &  
 Civiles.

Dissentiunt  
 inter se Meno-  
 chius & Co-  
 rasius.

C 2

ut





arbitrio Judi-  
cis fructuum  
determinatio  
relinquenda.

Uxor marito  
usumfructum  
denegans ob-  
ligatur mari-  
ti heredibus  
ad interesse,  
nisi mariti vo-  
luntate perce-  
perit.

quam revoca-  
re quocunque  
tempore Ma-  
ritis permis-  
sum.

Ratio.

Fructus etiam  
uxoris opera-  
rum officiali-  
um & artifici-  
alium.

ut arbitrio Judicis multum hac in parte tribuendum sit, æstimare qui naturalibus vel industrialibus accensendi veniant, teste Frider. Pruckm. vol. 2. *Consil.* 1. n. 483. p. m. 70. Menoch. l. c. n. 20. p. m. 333. Cujuscunque autem generis demum fructus illi sint, marito acquiruntur Jure nostro Saxonico, non ab ipso saltim sed & ab uxore percepti. Unde si mulier ipsamet, vivente marito bonis suis utatur fruatur, ac per id usumfructum marito debitum intercipiat, vel etiam bona sterilia, seu sine fructu invito marito detineat, defuncto eo obligabitur heredibus ad redditionem rationum, & restitutionem fructuum, etiam percipiendorum. arg. l. 14. & l. 65. ff. de *Condict. indeb.* & l. 206. ff. de *R. J.* Carpz. P. 3. C. 25. def. 6. conf. *infr.* cap. ult. §. 4. nisi bona ejus gratia id factum probare possit arg. l. 20. C. de *Jur. Dot.* nec enim maritus in fructibus uxoris ullum jus habet, si eos percipere noluerit ad instar usufructuarii, qui sola perceptione fructus lucratur. l. 3. ff. de *usufr.* l. 8. ff. de *Pecul.* Hartm. Pistor. l. 1. qu. 24. n. 28. & 29. Quin potius uxori fructus relinquens horum lucro renunciare videtur: quanquam non negemus ipsum maritum huic donationi, ceu inter conjuges invalidæ, vivum contravenire potuisse, l. un. C. si, *dos const. matr.* at morte ejus confirmatam heredes revocare minime poterunt. arg. l. 32. §. 2. ff. & l. 3. l. 10. C. de *Don. int. V.* & U. Carpz. P. 3. C. 25. def. 12. & l. 5. Resp. 64. Johann. Köppen. *Decis.* 14. n. 13. fol. m. 26. b. Gastel. in *Spec. jur.* cap. 25. n. 62. p. m. 343. Joh. Heeser in *L. comm. Pract.* part. 2. nisi dicere malis non tam donasse, quam non acquirere voluisse illos fructus: permultum enim inter hæc duo interesse, quoad effectum denegandæ revocationis ex l. 6. §. 1. ff. *quæ in fraud. Cred.* notum est.

§. 7.

Neque in rerum saltim usufructu jus Mariti subsistit, quin & ad operas uxorum communiter extenditur, non obsequiales & officiales tantum, sed & artificiales etiam, & industriales: adeo ut si mercatrix, obstetrix aut alio artificio excellens fuerit, omnia quæ inde lucratur, Marito acquirat; quia hic caput est familiæ, cui non minus uxor, quam reliqua membra familiæ, cuncta acquirit. teste Heigio P. 2. qu. 29. p. m. 387. Welembee. in *Parat. ff. tit. de R. N. n. 6.* Carpzov. in *disp. de Jur. Fæm. sing. Dec. 1. pos. 3. n. 15. fol. 470.* Arnoldus Reyger. in *The-saur. Jur. voc. Maritus* n. 26. fol. m. 114. Quod quidem non usufructui præcise adscribimus, cum allegatis Doctoribus; Sed Maritali potius Domi-



Dominio, quodque Uxor, sicut reliqua membra familiae marito, ceu  
 adjutorium, operari debeat. *L. 31. pr. ff. de Don. int. V. & U. & L. 48.*  
*pr. ff. de Oper. Libert.* Si enim marito operas suas debet, quidni & lu-  
 crum ex operis quaesitum? Petr. Peckius *de Testam. Conjug. L. 2. c. 9.*  
*n. 2. p. m. 202.* Langius *in Process. Jur. c. 41. n. 208. p. m. 830.* maxime  
 cum & post contractas nuptias statim in mariti potestatem Jure Saxoni-  
 co transeat, *Land. N. art. 31. Lib. 1.* quare non minus quam aliae in  
 potestate Mariti existentes personae, ei lucrum, operando, acquirat. *conf.*  
*Schultz. in Syn. Inst. Tit. per quas pers. lit. a ibiq;* Dn. Dr. Beier. David  
 Mevius *in Jur. Lubec. L. 1. Tit. 3. n. 25.* Richter *vol. 2. Consil. 75. n. 7.*  
*& seqq. Dissentit.* Berlich, *Part. 2. Dec. 224.* Haec tamen ad solas o-  
 peras restricta volumus, quod enim extra causam operarum aliunde  
 ex donato vel legato acquirunt, sibi retinent conjuges, nec nisi usum-  
 fructum de hoc praestare maritis coguntur. *arg. §. 4. Inst. per quas*  
*pers. add. Carpz. P. 3. C. 25. def. 14. n. 1. seqq.* Similiter quoque non  
 nisi de spontaneis operis industrialibus vel artificialibus id intelli-  
 gimus, invitam enim ad suscipiendum vitae genus, quod maritus non  
 colit, cogi minime posse, quaesita tamen ex suscepto ad caput familiae  
 pertinere, eamque marito operari cum Dno. Mevio *ad Jus Lubec. Part.*  
*2. Tit. 2. art. 12. n. 136. fol. m. 418.* omnino arbitramur.

§. 8.

Præterea, uti paraphernalium nomine uxores bona tam Mobi-  
 lia quam immobilia, item Fendalia, Emphyteuticaria, vel Fidei com-  
 missaria, quin & jura habere possunt; ita dubium non est, quin horum  
 omnium ususfructus jure maritis competat. Et quamvis communi-  
 ter alias Feudi filio fam. concessi ususfructum Patri denegent, haud  
 dubie ideo, quod vel ob servitia militaria aut alia bene merita, con-  
 feratur, atque sic occasione militiae sagatae vel togatae, ut peculium ca-  
 strense vel quasi acquiratur. *vid. post alios ab ipso allegatos Dn. Lud.*  
*well. Synops. Jur. Feud. c. 6. p. m. 119.* In Fœminis tamen & potissi-  
 mum in uxoribus diversum plane statuendum opinamur; quia illae  
 (1.) peculia castrensia vel quasi proprie non habent. (2.) sive an-  
 te sive post contractum matrimonium feudum acceperint utroque  
 casu ut bonum Paraphernale se habet. (3.) Econtrario ususfructus  
 maritalis generalis est, inque omnibus uxoris paraphernalibus con-  
 ceditur. *arg. l. 8. ff. de publ. in rem.* Et (4) Feudum specialiter nulli-  
 bi exceptum *arg. 2. Feud. 1.* Unde & (5.) ipso jure Marito in dotalitio

Non usufructus sed Domini.

Dissentit Berlich. limitatur. 1.

2.

Tam Corporalium quam incorporalium rerum.

an & Feudalium?

affirmatur. Resp. objecti-  
oni. 1.

2.

3.

4.

5.

C 3

ab





6. ab uxore vidua ei, ut paraphernale, allato competit, vid. Richt. volum. velitat. Academ. Disp. 10. §. 9. fol. m. 186. Dn. Carpzov. Lib. 6. resp. 55. n. 11. & seqq. Accedit (6.) quod in dotem Marito Feudum dare, pro sustinendis matrimonii oneribus, possit 1. Feud. 13. quidni & (7.) ex juris non scripti autoritate & præcepto, usumfructum illius, a fœmina sibi non receptum, marito tribuamus? ne major alias uxoris, quam legis circa Feudi usumfructum disponendi facultas videatur. Sibi que 8. adeo (8.) imputare debet, cur ab initio, pactis dotalibus, illud sibi non reservaverit, seu receperit. conf. Andr. Fachin. contro. Jur. L. 7. cap. 77. p. m. 114. Maritus tamen tali casu & servitia Domino præstare obligabitur. Er muß das Ritter · Pferd halten, und die erforderete Ritter · Dienste von der Frucht und Niessung des Lehn · Guts bestellen. vid. Phil. Richter Part. 1. Decis. 20. n. 5. fol. m. 120. Schrad. de Feudis. part. 8. c. 1. n. 37. fol. 219. Ludwell. Synops. Jur. Feud. c. 7. p. m. 361.

Maritus præstabit servitia.

#### CAP. IV.

#### De Forma.

##### §. 1.

Forma in modo consistit, & qualis ille.

**F**orma hujus Ususfructus consistit in Modo utendi, quod scil. ad modum boni Patrisfamilias iis uti frui debeat. Quia autem Usus fructus hic vid. cap. 1. §. 6. duplicis erat generis vel verus vel quasi, modus quoque pro cujusque natura variat. In Vero enim salva rerum substantia; In quasi vero etiam cum substantiæ interitu; Utroque tamen bona fide & ut boni Patres-familias utimur fruimur.

##### §. 2.

an cautio præstanda?

Negatur.

Ratio.

Sed cum Uxor de hoc Mariti boni Viri arbitrio certa esse nequeat; Quæsitum est, annon cautionem ab eo exigere possit: Et quamvis alias regulariter quisque usufructuarius satisfacere teneatur, priusquam ipsi usus rei fructuariæ concedatur. L. 7. pr. ff. quemadm. usufr. cav. adeo ut nec a testatore ea remitti possit. l. pen. C. ut in poss. leg. l. 1. C. de Usufr. In Marito tamen Usufructuario Legali secus se res habet. Si enim Mulier semetipsam Marito credendam existimavit, ei nubendo, quare fidejussor vel alius intercessor pro paraphernalibus exigatur, ut causa perfidiæ in connubio eorum generetur? ait Imperator in L. 2. C. Ne Fidej. vel mand. dot. Haud dubie ideo, quia non Jure Civili tantum in l. fin. C. de pact. convent. Sed & imprimis Saxonico, tacita a

tem-



757

tempore illationis in bonis Maritorum gaudent hypotheca, atque sic conventionali cautione opus non habent. *Churs. Sächs. Process. Ordn. tit. 43. §. 2.* Was aber zc. *Carpz. Part. 2. Const. 10. def. 9. n. 6.* Dn. D. Schwendendorff. *ad Eckolt. tit. de Fidej. §. 14.* Math. Wemb. *Consil. 63. n. 15. fol. m. 163. 164.* nisi fortasse maritus inops & dissolutis moribus sit, suaque prodigalitate uxori noceat malitiose, tunc enim hæc tempestive petere potest, ut prævia inquisitione in mores viri, administrationi rei uxoriæ ei interdicator, teste Sande *Lib. 2. Decis. Frisc. 9.* & Johanne Heesero *in Loc. comm. pract. loc. 8. part. 1. n. 59. p. m. 195.* quo casu vel sequestranda Paraphernalia, vel ipsi proprietariæ Uxori relinquenda, fructusque inde percepti, deductis deducendis, marito annuatim præstandi erunt, *per text. express. in cap. 7. X. de Don. int. V. & U. conf. D. Christoph. Langii Process. Jur. cap. 29. n. 65. p. m. 442.* nisi paratus sit idonee cavere. Dn. Andreas Rauchbar. *Part. 1. qv. jur. 30. n. 25. p. m. 211.* Dn. Phil. Christ. Richter *Decis. 19. n. 12. fol. 119.* Omnium autem optime sibi consulere potest uxor tunc, si paraphernalium administrationem Marito nondum commiserit; quod si enim maritus contracti matrimonii tempore dives vulgo habitus, ex post facto, ante administrationem acceptam lapsus proponatur facultatibus, ex præsentis egestate æquius erit mulieri per bonorum illorum retentionem consuli, quam pati, ut eorum retentio cum hypothecaria actione commutetur. *arg. l. 24. C. de Evid. & l. 24. ff. de R. V. conf. Anthon Faber in Cod. L. 5. tit. 14. def. 4. n. 26. 27. & Carpz. de J. F. S. dec. 5. poss. 2. n. 25 seqq.* Sic & ab initio & ante contracta sponsalia cautionem pro conservandis vel restituendis paraphernalibus exigere posse dubium non est, quippe quod nec tum a marito, sed ab eo qui maritus adhuc speratur, cautio petatur, quam promissam post matrimonium, quasi sub hac conditione, contractum, maritus præstare tenetur. *Gothofr. in not. ad Rubric. C. n. Fidej. Dot. n. 25. Carpz. part. 2. Const. 40. def. 17. n. 2. & 3.* Diximus ante sponsalia, contractis enim pure & simpliciter sponsalibus, Sponso statim jus acquiritur de lucranda post confirmatas sacerdotali copula nuptias, dote, usufructu & successione Mobilium &c. quod invito deinde per adjectionem conditionis pactorum dotalium, aut cautionis prius præstandæ auferri vel retrahi minime potest. *L. 29. verb. Deteriorem conditionem &c. ff. Sol. Matr. L. 28. ff. de J. D.* Sibi enim sponsa imputare debet, cur non æpertio rem conventioni sponsalitiæ legem dixerit, quin simpliciter contrahendo,

limit. 1.) nisi inops aut prodigus fiat.

2.) Si bona nondum tradita.

3.) ante sponsalia potest.

non postea

Ratiq.

ex



ex dispositione Juris Scripti vel non-Scripti se obligasse creditur; quia alias hoc pacto eam haud dubie ducturus non fuisset *L. fin. §. 1. in fin. ff. que in fraud. cred.* Quemadmodum igitur ipsa sponsalia regulariter sunt immutabilia, ita & jus hujusmodi marito ex iis quæsitum & radicatum immutabile erit: Nisi, ut diximus, ex postfacto appareat, sponsum se diuitem mentitum fuisse, cum tamen multum obæratuſ deprehendatur.

§. 3.

Utitur ut Bonus Paterfam.

Uti-igitur-frui rebus uxoreis Maritus debet boni Viri arbitratu, sive, ut convenit diligenti Patrifamilias ad instar alterius usufructuarii. *L. 9. pr. l. 13. §. 4. & 5. ff. h. t. §. 39. Inst. de R. D.* & quidem ad eum modum, ad quem natura, secundum earum qualitates *l. 7. pr. l. 9. pr. l. 13. §. 5. l. 39. §. 1. de Usufr.* vel Patrifam. instituto destinatae sunt. *l. 9. §. fin. l. 13. §. fin. l. 15. §. 1. ff. de Usufr.* Omnemque earum curam suscipere tenetur. *l. 1. in fin. ff. quem. Usufr. cav.* eas scil. custodiendo. *L. 2. ff. de Usufr. l. 9. §. pen. ff. de F. D.* reficiendo & sartas rectas servando *L. 7. §. 2. & 3. l. 64. ff. & L. 7. C. de Usufr.* in locum demortuarum Arborum alias substituendo. *l. 18. ff. eod.* Gregem ex foetu supplendo. *§. 39. Inst. de R. D. l. 68. 69. 70. ff. de Usufr. Carpz. P. 1. C. 26. def. 9.* Damna avertendo. *l. 1. §. fin. & l. 69. ff. d. t.* Unde intelligenda vox OMNIS in *d. l. 1. §. fin.* ratione harum varii generis curarum, non de omni gradu diligentiae, ut in sequentibus audiemus. *vid. Struv. Synt. F. Civ. Ex. 12. th. 23.* quod autem de refectione dictum, de modica intelligendum, nec non de iis tantum sumptibus, qui concernunt utilitatem praesentem perceptionemque fructuum, non vero de magnis, qui ad rei ipsius, seu soli utilitatem perpetuam pertinent. *L. 7. §. 16. ff. sol. Matrim. Gometz. Lib. 2. resol. c. 15. n. 7.* hos enim si necessitate vel justa de causa impenderit, quasi in rem uxoris versos, repetere, aut certe retentione rei fructuariae servare potest. *Georg. Frantzk in Comm. ff. tit. de Usuf. n. 19. p. m. 245.*

qualis ad eum refectione pertineat,

§. 4.

qualem culpam praestet.

Resp. objectioni.

Omnem rei curam habere eum debere antea diximus, talem scil. qualem diligens Paterfamilias rebus suis adhibere solet. Unde licet *Arnoldus Reyger in Thesaur. Jur. voc. Usufructus n. 47. fol. m. 1149.* in Usufructuario levissimam culpam requirat, quod usufructus solius ipsius gratia constitutus esset, ejusque utilitas versaretur. *arg. l. 5. ff. commod.* Quia tamen non gratis semper a proprietariis usufructus

con-



conceditur, & si per testamentum relinquatur, heredi tamen propterea, ceu proprietario, ille non accepto ferendus nec hæres pro dante habendus est, ut ob id major culpa præstanda veniret, cum uterque tunc & usufructuarius & hæres, ceu proprietarius, suum a testatore gratis habeant, ille usumfructum, hic proprietatem, pari proinde jure æstimandi erunt. Sufficiet igitur, si juxta alleg. LL. levem culpam præster. Idque multo magis in nostro hoc obtinebit usufructuario, qui non gratis ab uxore fruitur usufructu, sed ex causa sat onerosa, sufferendorum scil. matrimonii onerum, nec non sustentationis uxoris & familiae. Quia igitur non solius Mariti, sed Uxoris simul versatur commodum & utilitas, non nisi ad levem culpam obligabitur. Dn. Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex. 12. th. 23. non tamen eum excusari putamus, si summe negligens sit, & suam saltem h. e. in rebus suis consuetam diligentiam, vel potius negligentiam adhibeat; qui primus levis culpæ gradus alias in societate sufficit. §. fin. Inst. de Societ. nec a Marito in rebus dotalibus inæstimatis, tanquam civili earum domino, majorem exigit Dn. Biccus in Aureis Sect. 3. th. 138. p. m. 531. siquidem regulariter in Usufructuario diligentis Patrisfamilias diligentia requiritur, a quo censu nullibi jure nostro Saxonico maritus est exemptus arg. L. 24. §. 1. ff. Sol. Matr. utut jure Civili in paraphernis non nisi dolum & latam culpam requirat Joh. Heeser. in loc. Comm. pract. part. 2. loc. 12. n. 79. p. m. 528. forte, quia nec usumfructum eorum habet.

Levem saltem;

in gradu medio.

Declaratur locus Heeseri.

§. 5.

Ex quo deducitur, quod si cessaverit Maritus in exigendis nominibus Paraphernalibus, aut male collocaverit fœnebres pecunias, debitor bonis labente, uxori ad interesse obligetur. l. 33. ff. de J. D. l. 30. & 49. ff. solut. Matr. l. 20. §. 2. ff. de Pact. dot. Marc. Anthon de Amatis. L. 2. Dec. 110. n. 12. fol. 396. nisi debitor forte proximus consanguineus, utputa Pater aut locer fuerit, quem ob reverentiam excutere noluit. d. l. 33. verb. nec enim quicquam judex propriis auribus audiet mulierem dicentem, cur Patrem, qui de suo dotem promisit, non urserit ad exsolutionem, &c. Aut, si Mercator alias celeberrimus fuerit, apud quem pecuniam sub usuris secure elocatum credidit. l. 50. ff. de Admin. tut. sic non minus ad proprietatis æstimationem obligabitur, si, eum posset ufucapionem interpellare, neglexerit L. 1. §. fin. ff. Usufr. quemad. cav. plane si paucissimi forsan dies ad perficiendam ufucapionem superfuerint, cum eas acciperet, tunc enim ei nihil imputabitur.

Si pecunias male elocaverit.

limitatio 1.

2.

Si præscribi paraphernalia patiatur? exceptio.

D



An præscri-  
ptio noceat  
uxori? Neg.

bitur, ut ait *l. 16. ff. de fund. dot.* Marito autem non solvendo existen-  
te præscriptionem dotalium uxori, agere non valenti, minime nocere  
statuit prælaud. Dn. Marc. Ant. de Amatis *l. c. n. 7.* quod nescio, an  
non & ad paraphernalia applicare de jure liceat, partim quia & nostris  
moribus marito paraphernalium administratio ipso jure competit,  
partim quia uxor continuo quasi usuris, earumque loco alimentis, a  
merito, usufructuario, fruitur, atque sic ipsa quasi simul possidet. *arg.*  
*l. 38. & 39. ff. de usufr.* & quemadmodum proprietario non præjudicat  
usufructuarius, per tempus lege definitum res usufructuarias apud ter-  
tium derelinquens, *arg. l. 13. §. 4. ff. de usufr.* ita nec maritus uxori.  
*arg. 2. Feud. 40. vers. præterea. & 2. Feud. 55. pr. vers. nos autem.*  
Ludwell, *Syn. Jur. Feud. cap. 8. in fin. p. m. 178.* & Andr. Fachinæus  
*Lib. 7. controuv. Jur. Feud. cap. 61. p. m. 100.*

## CAP. V.

### De Effectibus.

#### §. I.

Effectus est  
vel lucrosus.

vel Onerosus.

Effectus usufructus nostri alius Positivus alius Negativus; Illeque  
rursus, vel Lucrosus vel Onerosus est. Positivus Lucrosus in  
perceptione omnium omnino, ex paraphernalibus percipiendorum  
fructuum *arg. l. 9. pr. verb. quicquid inde percipi potest, ipsius fructus*  
*est & c. ff. de Usufr.* Onerosus vero in sufferendis Matrimonii oneri-  
bus consistit. De illo ceu principaliore, primo loco hic agendum.  
Cum autem fructus non sint unius generis, aliique magis occasione rei,  
quam ex re ipsa percipiantur, de singulis distinctim erit differendum.

#### §. 2.

Percipit fru-  
ctus naturales,  
& industriales  
etiam extan-  
tes.

irrevocabili-  
ter.

De Naturalibus ut & industrialibus *supra cap. 3. §. 6.* ex parte  
actum est. Illud hoc loco addendum, nihil interesse extantes sint an  
consumpti; locupletior inde factus sit nec ne; secus quam Jure Civili.  
Jure enim Civili nudus erat administrator, non etiam Usufructuarius,  
ut Jure Saxonum; Unde & ad restitutionem eorum, in quantum ad  
minimum locupletior factus fuerat, tenebatur, *cap. 3. §. 5.* Jure autem  
Nostro Saxonico sive morte sive divortio solvatur Matrimonium fru-  
ctus Maritus sibi retinet, quia utroque hoc usu jure suo h. e. usufructua-  
rii eos percipit percipiendoque suos etiam extantes, irrevocabiliter fe-  
cit, *vid. §. subsequ. 3.* nisi indignum se forte lucro dotis & Parapherna-  
lium.



753  
lium, ut infra audiemus *c. ult. §. 5.* reddiderit; in quo ipso longe me-  
lioris, præ aliis B. F. possessoribus, utpote ad restitutionem extantium  
non solum, sed & consumptorum, in quantum locupletiores facti, obli-  
garis *L. 22. C. de R. V. L. 48. ff. de A. R. D.* conditionis est; Nec im-  
merito, cum uxoris ante sponsalia non contradicentis, seu usufructum  
sibi non recipientis, tacita voluntate & Lege sic permittente, percipiat.  
*conf. supr. cap. 3. §. 8.*

Secus ac alii  
B.F. possessores,  
res,

§. 3.

Illud tamen quam maxime refert mortua uxore Naturales adhuc  
pendentes sint, an solo separati; Illi quia pars fundi *L. 44. ff. de R. V.*  
& in dominio ejus, cujus fundus est, *l. 12. §. fin. ff. de usufr.* adhuc ha-  
bentur Immobilium successores, veluti accessorium sequuntur *arg. cap.*  
*42. de R. J. in 6.* nihilque juris in iis sibi vindicare potest Maritus usu-  
fructuarius, cum nondum eos perceperit, quod regulariter alias in  
usufructuariis Jure Civili requiritur *L. 13. ff. quemad. usufr.* facit huc  
*Constitut. Elect. Sax. 32. part. 3. verb.* Die Früchte aber, so naturales  
genannt werden, als Wiesewachs, allerley Obst und dergleichen,  
bleiben den Lehnsfolgern und Grundherrn, und nicht denen Erben. *Sed separatos.*  
*ibique Carpz. def. 23. ubi præjudicium.* hos vero Maritus, viva adhuc  
uxore, perceptos, jure suo, ususfructus scil. Maritalis, retinet, tametsi  
etiam immaturos decerpi aut cædi jusserit. *l. 42. ff. de usufr. nec in hor-*  
*reum redacti sint, sed in messe adhuc jaceant L. 13. ff. quib. mod. usufr.*  
*amitt. Conf. Hartm. Hartmanni Pract. forens. Lib. 2. tit. 32. observ. 1.*  
*n. 6. p. m. 340.* adeoque post mortem uxoris non jure successionis demum  
eos consequitur, sed acquisitos jamjam sibi retinet, unde nec inter  
relicta uxoris referre, nec legitimam inde præstare liberis vel parentibus  
tenebitur.

etiam imma-  
ture cætos,

§. 4.

At e contrario Industriales etsi adhuc pendeant, non tamen pro  
partibus immobilium per omnia habentur Jure Saxonico: quin & spes  
horum fructuum Marito Usufructuario interdum acquiritur. Non  
ideo quidem, quasi pendentes, vel semina quoque agris subacta, revera  
pars fundi aut immobiles non essent, sed ex nova ac singulari plane Ju-  
ris Saxonici ratione, a retributione & compensatione laboris & cultu-  
ræ, petita. Ita enim distingvi solet seminatus rastroq; subactus uxoris  
ager fuerit nec ne; Illo, non hoc, spem fructuum defuncta ea Maritus  
lucrabitur in præmium scil. laboris & culturæ, per text. in Land. R.  
*L. 2.*

Industriales  
pendentes  
acquirunt.

ex ratione  
singulari.





eam ipse, Uxo-  
re mortua,  
quam  
ejus heredes  
eo defuncto,

modo ager se-  
minatus rastro  
subactus sit.  
alias  
feminis & cul-  
turae aestima-  
tio restituitur,  
aliud in Vineæ  
fructibus.

Num annui  
reditus pro  
rata temporis  
aequirantur?  
an usurae sortis  
fanebris? Aff.

L. 2. art. 58. ibi. Des Mannes Saat, die er mit seinem Pfluge wir-  
cket, die ist vordienet, als die Egde darüber gehet. § Libr. 3. art. 76.  
Stirbet aber die Frau nach der Saat, als die Egde das Land bestrich-  
ten hat, die Saat ist ihres Mannes. Quod repetitum in Const. Elect.  
32. part. 3. verb. Gleichfalls da ein Weib liegende Gründe hat, und  
verstirbet nach der Saat-Zeit, so behält der Mann die Früchte. Ne-  
que hoc tantum uxore mortua, sed & Marito defuncto ita obtinent,  
Maritus igitur, qui tanquam Usufructuarius paraphernalium, post semi-  
natum & subactum agrum jus percipiendorum fructuum vivus jamjam  
habuit quæsitum, ad suos quoque heredes decedens illud transmittit;  
quia seminando & arando sibi spem fructuum jamjam acquisivit, uti  
patet ex Land-N. L. 2. art. 58. verb. ist vordienet, als die Egde darü-  
ber gehet, &c. quidni & inter alia jura quæsitæ, hoc quoque ceu fru-  
ctum laboris & culturae ipso jure promeritum, ad heredes transmitteret  
vide sis omnino Dn. Sigism. Finckelth. Obs. Pract. 54. ibique n. 32. p.  
m. 419. præjudicium. add. Carpzov. P. 3. C. 32. def. 3. n. 6. & def. 7.  
Richter de Success. ab intest. Sect. 4. Membr. 2. n. 4. pag. m. 277. Fried.  
Pruckm. Vol. 2. Conf. I. n. 483. p. m. 470. & n. 487. p. m. 493. Præcise  
tamen requiritur, ut rastro ager subactus sit, nec seminatus tantum  
sufficit in verb. Land-N. L. 3. art. 76. Des Mannes Saat, die er mit  
seinem Pfluge wircket, die ist vordienet, als die Egde darüber gehet.  
l. c. def. 10. feminis autem & Culturae impensas tali casu mariti heredes  
repetere a vidua, & quousque solvuntur fructus retinere posse docet  
Arnold. Reyger. in Thesaur. Jur. voc. Usufructus n. 90. p. m. 1158.  
conf. supra cap. 4. §. 3. in fin. speciale est in fructibus Vineæ, qui post  
diem Urbani Marito tanquam usufructuario ejusque heredibus debentur,  
quia post illum diem maximus culturae labor absolutus creditur.  
Land-N. L. 3. art. 58. verb. Am Sanct Urbans-Tag, ist Weingar-  
ten und Baumgarten Zehend vordienet &c. Conf. Carpzov. P. 3. C.  
32. def. 8.

§. 5.

De fructibus Civilibus annuisque uxoris redivibus disceptatur  
inter Interpretes, num decedente ante solutionis Terminum marito,  
uxori solum, an mariti heredibus simul, pro rata temporis debeantur?  
Certe de usuris equeidem fanebris pecuniae paraphernalis res est expe-  
ditior, quod pro rata temporis uxorem inter & mariti heredes divi-  
dendæ sunt; Nam sicuti post elapsum terminum ad maritum sine du-  
bio





bio, in compensationem onerum matrimonii, pertinent, ita æquum omnino videtur, ut pro rata temporis, quo onera sustinuit, ei quoque tribuantur, *vid. Donell. Enucl. Part. 1. L. 10. c. 9. lit. B. p. m. 859. & L. 14. c. 6. lit. C. p. m. 1163.* cum non ut alii plerique usufructuarii ex causa lucrativa, sed onerosa fructus hujusmodi acquirat. *facit Carpz. P. 3. C. 24. def. 6. n. 1. & 2. Hartmann. Pistoris Lib. 1. quest. Jur. 24. n. 25. p. m. 229.* atque hinc idem etiam in Censibus in denen Erb- Zinsen, a Serenissimo Legislatore, in *Part. 3. Const. 16.* expresse disponitur, quod nempe pro rata temporis, quo defunctus vixit heredibus ejus præstari debeant *in verb. sondern sollen pro rata temporis illius, und also der Zeit nach zu rechnen, welche die Personen / denen der Zins geöhret, erlebet / denen Erben gereicht werden.* Et quamvis *Carpz. in def. 5.* ad eos saltim Censibus, qui Jure Dominii ac proprietatis deberentur, hoc restringere, Usufructuariisque heredibus simpliciter id denegare velit; ob generalitatem tamen dictæ Constitutionis etiam ad Usufructuarium, & in specie ad Maritum ejusque heredes cum *Dn. G. J. Leyckero in quest. Jur. ad d. constit. p. m. 392.* illud extendimus. Nec aliud fortasse de annuis redditibus von wiederkäufflichen Zinsen, ob paritatem rationis statuendum foret, nisi expressis verbis Serenissimo Electori in *Part. 3. C. 24.* diversum placuisset, *verb. Was zur Zeit der Frauen Absterben betaget und gefällig gewesen, daß solches dem Manne bleiben, die unbetagten Zinsen und Renten aber denen Erben folgen sollen, &c.*

An census? Aff.

Dissentitur a Dn. Carpzovio.

Non tamen in redditibus redimibilibus.

§. 6.

Hac occasione de Partibus Metallicis Paraphernalibus, von Bergtheilen oder Ruyen. Queritur, An & Marito fructus exinde provenientes die Ausbeuten jure Usufructus cedant? Jure quidem Civili de Renascentibus hujusmodi Metallifodinarum & lapicidinarum fructibus nullum est dubium. *l. 7. §. 13. ff. Sol. Matr.* At jure nostro Saxonico cum pro renascentibus non habeantur, sed pro uxoris bonis adventitiis paraphernalibus in *P. 3. Const. Elect. 25. verb. Wenn aber bey Leben des Weibes, so dem Manne etliche Bergtheile und Ruckes zubracht, der Mann in stehender Ehe Ausbeute genommen / so sollen dieseiben nicht vor fructus renascentes und wachsenden Früchten gleich, welche von unbeweglichen Gütern jährlichen zugefallen pflegen, sondern vor solche bewegliche Güter, so dem Weibe sonst in der Ehe zukommen, geachtet werden, &c.* facile est inde judicare, quod ratione

Metalli fodinarum redditus jure civili.

At jure Sax. eorum proprietatis uxoris & usufructus saltim mariti est.





Deducit Mari-  
us impensas,  
die Zubusse.

excipiuntur  
metalli fodi-  
næ a marito  
detectæ.

An thesaurum  
acquirat?  
in fundo pa-  
raphernali  
nego.

in dotali æsti-  
mato,  
affirmo.

modo verus  
thesaurus sit?

alias  
vel uxori

tione substantiæ mulieris maneat proprii, maritusque non nisi horum proventuum usumfructum consequatur *arg. d. Const. 25. verb.* Wenn aber der Vater, so allein die Verwaltung und Abnußung in der Kinder Mütterlichen Gütern administrationem und Usumfructum hat, von denen Bergtheilen, denen Kindern zuständig, Ausbeute nehmen und empfangen würde, so sollen dieselbigen nicht des Vaters eigenthümlich seyn / sondern er soll allein die Abnußung davon / bis zur Scheidung zu gebrauchen haben, *rc. Berlich. Part. 3. conclus. 35. n. 21. p. m. 845. deductis tamen, vel repetitis, quas eorum gratia fecit, expensis, nach Abzug dessen, was er der Bergtheile halber an Zubusse geben müssen. Cum enim impensæ hæ ipsam proventuum substantiam concernant, eamque augeant iniqum non est, ut inde rursus detrahantur vel restituantur. vide sis eam in rem præjudicium apud Carpz. Part. 3. C. 25. def. 4. Atq; hæc quidem in allatis Marito partibus metallicis obtinent, diversum tamen post alios statuit Dn. Struvius in iis fodinis, quas ipse Usufructuarius aperuerit & suis impensis paraverit, tum enim omne emolumentum, etiamsi non renascatur, lapis aut minerale, ejus solius esse. Synt. Jur. Civ. Ex. 12. th. 15.*

§. 7.

De Thesauris in fundo dotali vel Paraphernali reperto idem fere communiter redditur judicium, quod scilicet in fructum non imputetur, & per consequens Maritus in inventione thesauri præ extraneo nulla prærogativa gaudeat, ob textum expressum *in l. 7. §. 12. ff. Sol. Matrim.* enim vero, ut in Paraphernali fundo ambabus id largiamur *arg. l. 63. §. 3. ff. de A. R. D.* quoad Dotalem tamen interesse omnino existimamus, æstimato an inæstimato in dotem datus sit. Priori casu cum mediante æstimatione & subsequuta traditione quasi exempto dominium acquisiverit *L. 1. C. de Jur. Dot.* adeo ut omne etiam periculum ad eum pertineat, æstimationisque non corporis amplius debitor existat. *l. 10. §. 4. ff. & L. 5. C. eod. Conf. supra cap. 3. §. 1. non video cur non & commodum hoc ei relinquendum esset. arg. §. 3. Inst. de Emt. Vand. L. 10. ff. de R. J.* Plane, si verus thesaurus non sit, h. e. vetus depositio pecuniæ, cujus memoria amplius non extet. *L. 31. §. 1. ff. de A. R. D.* sed a Mulieris parentibus aut Antecessoribus eo custodiæ gratia forte reconditæ, id quod ex impressione & inscriptione facile dijudicabitur; quod si enim hominum memoriam ætate non excedat; vel uxori, si a suis Parentibus fundum illum acceperit, vel venditori, a



quo emit, adjudicandus erit, quoniam tunc jure praesumitur ab uxoris Parentibus aut Antecessoribus lueri vel metus aut custodiae gravata pecuniam ibi repositam esse; prout in simili a Dnn. Scabinis Lipsiens. judicatum fuisse latissime refert, Dn. Carpz. P. 3. const. 53. def. ult. Sin inestimatus doti datus fuerit, etsi hujusmodi dotalis fundi Dominus etiam quodammodo dicatur, quia tamen subtilitate Juris magis, quam rei veritate, nec corporis ipsius, sed quoad potestatem vindicandi omnesque ex illo utilitates percipiendi, talis saltem audit; e contrario uxor dominium substantiae, durante conjugio revera retinet, vid. Carpz. p. 2. C. 42. def. 19. thesaurus tanquam accessorium & pars fundi, ejus quoque non immerito permanet, Maritusque eum inveniens ad instar extranei non nisi dimidium sibi vindicare potest. arg. §. 39. Inst. de R. D. quo de casu etiam supra allegatum textum in L. 7. §. 12. verb. fundum mulier recipiet & c. ff. Sol. Matr. exaudiendum arbitramur. arg. d. l. 7. §. 15. quod si tertius aliquis, imo servus etiam mariti Usufructuarius, invenerit, ad maritum nihil pertinet, sed uxorem inter & inventorem, aut servi dominum dividendus erit l. 63. §. 1. & 3. ff. de A. R. D.

vel venditori restituendus, non inestimato.

§. 8.

Si Sylvam habeat, vel hortum uxor, an & quas Arbores exscindere possit videndum? R. nec nullas, nec omnes; recte enim colere & quasi bonus Paterfamilias uti debet, §. 38. J. de R. D. quod si sylva ergo sit caedua, germ. Ein Schlagholz, i. e. h. e. quae in hoc habetur, ut caedatur & succisa ex stirpibus iterum renascitur L. 30. ff. de V. S. Conf. Joh. Goeddeus in Comm. ad tit. de verb. signif. h. L. 30. n. 3. p. m. 409. potest ligna vendere L. 9. §. fin. ff. de Usufr. non tamen sylvam nimium exscindere, sed ad modum Patrisfamilias ea debet uti frui, d. l. 9. §. fin. junct. L. 12. pr. ff. de Usufr. & quoniam in l. 48. ff. de Usufr. permittatur usufructuario sylvam caedua etiam intempestive caedere, illud tamen non absolute & simpliciter intelligendum quasi omni tempore, etiam eo quo amputando arboribus noceri solet, hoc ei liceret, sed secundum quid saltem h. e. quod non ordinario tantum tempore, post quinquennium scil. vid. L. ult. pr. C. de Servit. & aqu. sed & extraordinario, i. e. ante quinquennium, convenienti tamen & commoda anni parte. Multum enim interest, quo mense aut die, sereno an nubiloso caedatur, cum facile inde Arbores demoriantur, aut non facile renascantur, Goeddeus ad d. l. 30. ff. de V. S. Donnellus

quas arbores ex sylva paraphernali caedere liceat.

Resp. objectioni & explicatur L. 48. ff. de Usufr.





nellus Enucleratus *part. 1. l. 10. c. 7. not. lit. E. p. m. 857.* ob interesse  
 igitur, quod simul hic versatur publicum, partim ne sylva extirpen-  
 tur, partim ne venationibus & pascuis per id noceatur, Ordinationi-  
 bus Principum Forestalibus, etiam privatis, & tempus & modus ex-  
 cendi præscriptus est; Sic in Principum Vinariensium, Gothaviensi Fo-  
 restali Ordin. de Anno 1644. (quam inter alias Dn. Ahasverus Fritschius  
 in Corpore Jur. Venator. Forest. fol. 19. exhibuit) *cap. 3. §. 7.* expresse  
 dispositum legimus: Bey Anweisung des Schlagholzes soll in  
 acht genommen werden, daß solches bald in Merken im neuen  
 Lichte gefället werde, &c. & in Vinariensi de Anno 1646. *c. 4. §. 8.*  
 Nachdem auch die Bauren und Gemeinden unter denen Aemtern  
 ihr eigene Gehölze an und in der Wildbahne gelegen, bishero über-  
 mäßig und unpfleglich verhauen und verwüestet, dadurch die Güter  
 in Verödung und Abnehmen kommen, &c. So wollen wir, daß die-  
 selben, so viel deren an oder in der Wildbahn gesehen, und deren Gü-  
 ter daran und darinnen gelegen, förderer ander Gestalt nichts hau-  
 en, denn allein, was sie zu ihren eigenen Gebäuden und Feuers-  
 Nothdurfft vor ihre Haushaltung gebrauchen, mit den Verkäuffen aber  
 mit Vorwissen des Ober-Forstmeisters und Forst-Bedienten han-  
 deln, welche ihrer Pflicht nach erwegen sollen, was einem jeden nach  
 Gelegenheit seiner Gehölze zu verkäuffen nachgelassen werden mö-  
 ge, damit der Wildbahn und Trifft kein Schade zugefüget werde.  
*conf. D. Sebastian Khraiseri tr. ad Constit. Forest. Elect. Bavar. apud eun-*  
*dem Dn. Ahas. Fritschium l. c. add. Dn. Mevium Part. 6. Decis. 258. fol.*  
*m. 964.* Sin non cædua fuerit, pro necessitate, so viel er zu seinen eigenen  
 Gebäuden oder zur Feuers-  
 Nothdurfft in die Haushaltung brauchen  
 möge succidet, *arg. l. 12. pr. ff. de Usufr. ut tamen a grandibus arboribus*  
*abstineat l. 10. §. 11. d. t. ideo ut ne quidem vi ventorum dejectis aliter*  
*quam ad usum suum & villæ, uti possit, l. 12. ff. de Usufr. add. Brun-*  
*nem in Comm. ad d. l. 12. n. 1. fol. m. 357.* adigere tamen potest proprie-  
 tarium, ut tollat dejectas, aut pro derelictis habeat. *l. 19. §. 1. ff. de usufr.*  
*ibique Dn. Brunnem. in Comm. n. fin. fol. m. 361.* At si vetustate perierint,  
 aut alio occulto vitio emortuæ fuerint, indistincte Marito adjudicandæ  
 sunt. *arg. l. 18. ff. de Usufr.* Rationem differentie Hugo Donellus *Part. 1.*  
*L. 10. c. 8. lit. D. p. m. 856.* reddit eam: *quia, inquit, demortuas ipse fun-*  
*dus, alimenta denegando extruist & quasi peperit, ac sunt veluti excre-*  
*menta & egestiones fundi, in dejectis vero casus aliunde quam a fun-*  
*do;*

quid si Non-  
 Cædua sit?

Arbores e-  
 mortuæ Ma-  
 riti sunt, non  
 ventis dejectæ.

Ratio diffe-  
 rentiæ.



do & aliar calamitas incidens omnes arbores domino auferre possit. Sed fortasse non adeo absurde quis dixerit, hoc in favorem proprietarii ita statutum esse, quia frequentius ventis dejici quam emori arbores solent. *arg. d. l. 12. pr. verb: alioquin & si totus ager sit hunc casum passus omnes arbores auferret fructuarius & c. ff. de usuf.* Alias tamen posteriori hoc casu substituere & educare tenetur *d. l. 18. ff. de Usufr.* Jacob Cujacius *Observat. Lib. 24. c. 5. p. m. 1138.* & Jacob Mandellus *Consil. 55. n. 7. fol. 59.* non autem priori *L. 59. pr. ff. eod.* Ceterum cum ex sylva non cædua nihil vendere Marito liceat, magis Usuarius quam Usufructuarius illius videtur. Plane, si sylva nimis diffita fuerit, vendere quoque, quantum ipse opus habuisset, poterit *arg. l. 22. §. 2. ff. de Usu & hab.* quanquam etiam alium præter lignandi usum tali casu sylva præbere possit, puta, si sit glandiaria & ad saginandum, *jur Mastung, conducatur.*

§. 9.

Sed quid de venatione in sylvis dicendum, an & illa utetur fruetur maritus? Sane *in l. 26. ff. de Usur. & l. 22. ff. de Fund. instruct.* venationem non nisi tunc in fructu esse conceditur, quando quæstus fundi maxima parte in venationibus consistit. Nec concessio fundi alicujus ususfructu universalis, concessam etiam venationem intelligi late deducit Dn. Ahasv. Fritsch. *in Corp. Jur. Venat. Forest. Consil. 19. fol. m. 189.* At fructus fundi propterea in dd. LL. venatio esse negatur, quia feræ fundo non cohærent, sed nullius sunt; Ergo usufructuarius non jure usufructus tantum, sed jure suo etiam in fundo proprietarii venari potest *§. 12. Inst. de R. D.* constituta tamen usufructus servitute illud consequitur, ut nec a proprietario, prohiberi possit, sed invito eo in saltibus & montibus usufructuariis venari queat. *L. 9. §. 5. & L. 62. ff. de Usuf.* Hillig. ad Donell. *Part. 1. L. 10. c. 8. lit. E. p. m. 857.* Johann. Corasius. *in Miscell. Jur. L. 5. c. 8. p. m. 347.* Hahn. ad Wesenb. *L. 41. tit. 1. n. 7. verb. in fructu fol. m. 520.* quod locum vero Ahasveri Fritschii attinet, ille de Usufructu saltem conventionali, & moribus hodiernis, loquitur, quod scilicet jus venandi, quia ad Regalia pertinet, in dubio generali usufructus concessione translatum amplius non præsumatur, secus quam jure Civili, prout ex Georg. Mohr. *tract. de jure venand. c. 9.* idem Dn. Ahasver. Fritsch. *l. c. fol. 72.* ostendit. Ast hic noster usufructus Legalis est, qui cum non, ut ille, expressa vel præsumpta concedentis alicujus voluntate, sed unice juris non-scripti dispositione

in locum emortuarum alias substituere, in ventis dejectarum, non tenetur. ex sylva non cædua vendere ligna nequit exceptio-

an & venationis lucra habeat.

Resp. dubio.

Affirmatur.

E tione





tionem generali nitatur, non minus quam jure Civili etiam venationis fructus comprehendit. Confer eleganter hac de re differentem Amplissimum atque Excellentiss. Dn. D. Christ. Augustum Hübnerum, Patronum meum æstumatissimum in Disput. Inaugurali de Pignore Legali Cap. 3. §. 10.

1. Laudemiiis  
fruitur.

ad alienatio-  
nem emphy-  
teuseos uxoris  
consensu opus  
est.

2. Jure Patro-  
natus.

quid si uxor in  
præsentando  
dissentiat.

Superius cap. 3. §. 8. In Emphyteusi, Feudis, & Dotalitiis quoque mulierum Maritis Usumfructum competere asseruimus, ex quo tanquam necessarium aliquod consequens deducitur, (1.) Laudemia quoque in alienationibus rerum emphyteuticarum pro investitura & receptione domino a novo Emphyteuta solvenda, vulgo die *Ehne wabre* tanquam fructus eorum, *vid. Franzkii tr. de Laudem. c. 2. p. m. 24. & cap. 7. n. 76. & seqq. p. m. 93.* ad maritum pertinere *conf. Cardinal Tulch. Tom. V. conclus. Pract. 16. Lit. L. fol. 5. Daniel Moller Semestr. L. 4. c. 5. n. 5. p. m. 399.* quamvis ad alienationem emphyteuseos solius Mariti consensus non sufficiat, sed uxoris quoque opus sit. *Arnold. Reyger. in Thesaur. Jur. voc. Usufr. n. 78. fol. m. 155.* (2.) Jus Patronatus & præsentandi, eum exercere posse. *Arnold. Reyger. l. c. n. 77.* quia & jus hoc Patronatus, suo modo in fructu est, cum ad bene esse universitatis, per indirectum, cura religionis conferat, maritoque singularem prærogativam tribuat. *Sigismund. Finckelth. tr. de Jure Patr. c. 6. n. 17. seqq. p. m. 153.* quin & ad Usufructuarios alios transire probat. *Dn. Brunnem. in Jure Eccl. l. 2. cap. 8. th. 15. p. m. 425.* quidni igitur & ad Maritum pertineat? *Francisc. Mantica tr. de Tac. & Amb. convent. L. 12. tit. 30. n. 24. seqq. fol. m. 744 ubi & ad contraria respondet. n. 26. seqq.* maxime cum & ad conductores, tanquam Jus reale prædio coherens transire videatur, qui tamen minus in rebus conductis, quam maritus in paraphernalibus habent *in c. 7. X. de Jure Patron. Finckelth. l. c. n. 19. Dn. Stryck. tr. de Cautel. L. 2. c. 9. §. 12. p. m. 335. Dissentit. Berlich. P. 2. Decis. 166.* Idque in tantum Marito tribuendum existimamus, ut & invita ac dissentiente uxore, aliquem præsentare vel vocare possit. *Finckelth. d. l. n. 20. seqq.* Non tantum quia caput est familiæ, & in jure nostro non infrequens, ut dissentientibus inter se Conjugibus, Mariti voluntas præferatur *vid. Carpz. in Consist. def. 44. n. 16.* sed vel maxime, quod Jure nostro Sax. Uxoris Dominus & tutor legitimus est, adeo ut nullam ei contradicendi potestatem habeat, non magis quam infans aut pupillus tutori: Legis enim concessione Maritus administrationem cum libera obtinuit, & quasi Domini loco



oco habetur l. 7. §. 3. ff. pro Empt. Petr. Fontanella de pact. nupt. claus. 6. Gloss. 1. part. 3. n. 5. §. 6. fol. 249. Rauchbar. Part. 1. qu. 2. n. 40. seqq. p. m. 18. Roch. Curt. tr. de Jur. Patron. qu. 28. Vocationem tamen haud dubie suo & uxoris nomine expediet & subscribet, non secus atque alii curatores & administratores legitimi, maxime cum in hujusmodi non-dotalibus non Procurator in rem suam, sed in rem mulieris sit, teste Anthon. Fabro in Comm. Cod. L. 4. tit. 27. def. 1. n. 4. fol. 151.

vocatio tamen utriusque nomine expedienda.

§. II.

Cum igitur ad instar Domini Maritus Paraphernalibus utatur fruatur; quaeritur an & in fundo paraphernali novum aedificium exstruere, aut inchoatum consummare, aut mutare invita conjugē possit? Et quamvis alias usufructuariis aliis id regulariter non permittatur L. 7. §. 3. §. L. 13. §. 7. ff. de Usufruct. etiamsi eo loco aliter uti non possint L. 61. ff. eod. nisi fortasse & usufructu aliter uti non possent, sed ad fructus percipiendos horreo, v. g. opus haberent d. l. 13. §. 7. in fin. aut casa custodiæ gratia earum rerum quæ in area sunt. L. 73. ff. d. tit. quia tunc omnia ea, sine quibus uti frui non possumus, concessa creduntur. L. 1. §. 1. ff. si ususfr. pet. arg. l. 2. ff. de Jurisd. prout hos in speciem invicem pugnantes textus conciliat Joh. Corasius Lib. 1. Miscell. Jur. Civ. cap. 6. p. m. 15. & Jacob Wissenbach. in Comm. ff. disp. 19. th. 9. p. m. 173. Sic nec ædes mutare, diætas transformare, vel conjugere, aut separate ei permittitur, excolere enim, quod invenit, potest, qualitate ædium non immutata, L. 13. §. 17. §. l. 44. ff. de Usufr. licet multo minus si ex iis percipiat. L. 14. ff. eod. In Maritis tamen aliud moribus hodiernis statuendum existimamus, cum, ut supra cap. 3. §. 5. c. 4. §. 2. §. cap. 5. §. 2. §. 9. dictum, plus Juris quam simplici usufructuario Maritis competat, quia (1.) non ex voluntate uxoris administrationem & usumfructum habent, sed a lege; unde (2.) nec retrahi aut impediri ab uxore potest, semel acquisitus. arg. l. 55. ff. de leg. 1. maxime (3.) cum non ut alii communiter, ex causa lucrativa, sed onerosa eum habeant; quo igitur (4.) sufferendis matrimonii oneribus tanto magis sufficientes esse possint, ad modum boni Patrisfamilias, quantum fieri potest, eo uti frui ipsis permittendum videtur. arg. l. 13. §. 5. ff. de Usufr. præprimis (5.) cum uxor per pacta dotalia contrarium non dispo- fuerit, sed in communem Paraphernalium possessionem vid. Land-R. Lib. 1. art. 31. ibiq; gloss. cum semel receperit, re autem communi. pro-

an novum aedificium exstruere, aut inchoatum consummare possit?

Resp. objectioni

Affirmatur

Ratio. r.

2.

3.

4.





6.  
quid finito u-  
sufuctu di-  
cendum

II. Effectus  
onerosi.  
(1) impensæ  
refectionis.

limitatio 1.

2.

3.

4.

quis carnem  
& corium de-  
mortuorum  
habeat.

(2) exhibitio  
familix.

lubitu, quis boni viri arbitrato, uti potest. *arg. l. 51. ff. pro soc.* Sufficit  
(6.) enim, quod conditionem prædii per hoc deteriorem non faciat.  
*l. 6. ff. de fundo. dotali:* finito tamen usufructu, non quantas revera fe-  
cit impensas, sed quam utiles tum æstimabuntur, repetere poterit. *arg.*  
*l. 38. ff. de R. V. L. 25. ff. de Pig. act. L. 13. §. 6. verb: quæ non potest*  
*sustinere & c. ff. de Usufr.*

§. 12.

Effectus igitur II. onerosi imprimis sunt 1.) Impensæ hujus-  
modi necessariæ, modicæ. §. *præced. u.* quodque rem sartam tectam  
suis sumptibus conservare, §. *subseq. 13.* & in locum demortuorum  
capitum ex grege paraphernali alia summittere debeat *arg. §. 30. Inst.*  
*de R. D.* non tamen aliunde quam ex gregis adgnatis, seu fœtura, saltim  
supplebit *L. 68. §. fin. ff. de Usufr. conf. Joh. Pommeresch. ad Instit. L.*  
*2. Tit. 1. §. 38. p. m. 30.* secus ac opinatur Faber & Angel. teste Schnei-  
dewino. *in Comm. Inst. ad d. §. 38. in fin. fol. m. 180.* neque ex fœtu an-  
te demortua capita edito, licet adhuc existente; quæ enim pleno gre-  
ge, edita sunt ad solum Maritum, tanquam usufructuarium pertinent,  
verum ex iis tantum quæ postea edentur *L. 70. §. 4. ff. de Usufr.* Nec  
in eorum locum alia substituere vel educare cogitur, quæ non suo vi-  
tio, sed casu aliquo aut vi externa periere. *arg. L. 59. pr. ff. de Usu-*  
*fruct.* Brunnemann, *Exerc. Inst. 6. L. 2. T. 1. §. 38. p. m. 55.* Quod si  
denique non integrum gregem vel armentarium, sed aliquot saltim ca-  
pita marito attulerit, in locum demortuorum, vel vi externa perem-  
torum, nihil summittere obligabitur; singulorum enim interius tum  
ad uxorem, fœtus vero ad Maritum pertinet. *L. 70. §. 3 ff de Usufruct.*  
atque ita a Dn. Scabinis Lipsiens. Anno 1633, pronunciatum refert Dn.  
Carpzov. *P. 2. C. 26. def. 9. verba sentent: Hat bemelte Wittib auch*  
*etliches Vieh ihrem Ehemanne zugebracht, welches ihme aber inge-*  
*sambt in jüngster Wallensteinischer Plünderung abgenommen wor-*  
*den, &c. So gehet der Schaden über die Wittib billich, und sie ist*  
*dannenhero einige Erstattung von euch, als des Mannes und Usu-*  
*fructuarii Erben zu fodern nicht berechtiget. v. r. w. Cujus porro con-*  
*sectarium est, quod demortuorum e grege & caro & corium ad mari-*  
*tum in compensationem summisionis pertineat, arg. l. 70. §. 2. ff. de*  
*Usufruct.* Singulorum autem Capitum non æque, quia mortuis his u-  
susfructus extinguitur, *ut loquitur Jctus. in L. 30. ff. quib. mod. ususfr.*  
*ibiq; Gothofredus in votis.* 2.) Exhibitio uxoris & familix, *juxta*  
*cap. 2.*



cap. 2. §. 2. & cap. sequ. ult. §. 7. 3.) Quod onera & tributa exsol-  
 re de iis teneatur. Siquidem Usufructuarius regulariter omnia onera  
 realia ferre debet. l. 27. §. 3. ff. de Usufr. Berlich. Part. 2. Decis. 228.  
 n. 10. Mevius ad jus Lubec. L. 2. Tit. 2. art. 12. n. 186. & seqq. fol. m.  
 415. Weseemb. vol. 1. consil. 1. num. 68. fol. m. 78. tam ordinaria quam  
 extraordinaria L. 7. l. 27. §. 3. l. 13. ff. de impens. in rem dot. Carpz.  
 P. 3. const. 16. def. 12. n. 4. v. 9. Metata: Tabor. tr. de Metat. c. 3. n. 20.  
 & collectas Imperiales Turcicas die Türcken Steuer. Eckolt. in Comp.  
 ff. Rit. de Mun. & hon. §. 7. & 9. nisi absorbeant Usufructum. fac. l.  
 fin. §. 4. C. de Bon. qua liber. Card. Tusch. Tom. 8 Pract. conclus. 320. num  
 11. f. l. m. 368. excedentes enim usumfructum ab uxore repetere non  
 minus, quam Pater a Filio poterit teste Richtero Decis. 20. n. 7. & 8.  
 fol. m. 120 & Carpzov. Lib. 1. Resp. 105. n. 12. si non in solidum, ad mi-  
 nimum pro parte dimidia, prout præjudicio Helmstadiensi confirmat  
 Dn. Dr. Mevius ad Jus Lubec. p. 2. art. 12. n. 186. fol. m. 421. In tan-  
 tum autem Mariti officio hæc ferre injunctum est, ut mortuo eo resi-  
 dua exsolvere uxor minime obligetur, tametsi onera, ceu realia, rebus  
 alias inhæreant L. 7. ff. de Publ. & Vectig. L. 36. ff. de Jur. Fisc. nec  
 quicquam aliud maritus reliquerit, damnumque incurrat Fiscus, quia  
 favor Mulieris fisco hac in parte præponderat. Mantica de Tacit. & am-  
 big. Convent. L. 11. tit. 15. n. 6. & tit. 26. n. 4. Sibi que adeo Fiscus im-  
 putare debet, quod vivo Marito ea non exegerit, vide pluribus Dn. Ber-  
 lich. Part. 2. Decis. 128. n. 4. Joh. Heeser in Loc. Comm. P. 1. loc. 4. n.  
 287. p. m. 86. & P. 2. loc. 12. n. 148. p. m. 538.

§. 13.

Intelligendum tamen hoc tantum est, de oneribus constante  
 Matrimonio, non ante illud, debitis: Regulariter enim Maritus æs u-  
 xoris alienum, ante nuptias contractum, ex fructibus solvere haut te-  
 netur, non tamen impedire poterit, quo minus Creditores ad distracti-  
 onem Paraphernalium ipsorum agere, suamque inde solutionem urgere  
 possint; Usufructus enim bonorum est, quæ deducto demum ære alie-  
 no esse intelliguntur. L. 39. §. 1. ff. de V. S. L. 11. ff. de Jur. Fisc. nisi  
 sponte ex fructibus satisfacere ei malit, quo casu quasi de suo solutum  
 ab uxore ejusve heredibus repetere poterit. Conf. Arismini Tepati De-  
 cis. part. 3. Tit. 457. cap. 1. fol. m. 254. Hahn. ad Weseembec. Parat. tit.  
 de Usufr. legat. n. 2. Debita autem constante matrimonio ab uxore,  
 sine præscitu vel consensu Mariti, contracta, Maritus neque ex fructibus

(3) Tributo-  
rum exsolu-  
tio,

limitatio:

quid de resi-  
duis, post  
mortem mari-  
ti, dicendum.

limitatio.

Solutum ex  
fructibus pro  
uxore repe-  
re potest.





4. expensæ li-  
tis.

pro defensio-  
ne Rerum.

limitatio.

non exactio-  
ne Nominum  
factæ.

limitatio.

quas impensas  
maritus ferre  
teneatur.

an necessarias.

neque ex substantia Paraphernalium exsolvere cogi potest, ne per in-  
directum alias uxoribus diminuendi, si non plane auferendi usumfru-  
ctum concederetur potestas. Similiter quoque 4.) pro expensis ne-  
cessariis a Marito erogandis habentur, quæ litis causa, pro defensione  
ac conservatione Paraphernalium impenduntur. *arg. l. 1. de Bon. Ma-  
tern. L. 8. §. 3. in fin. Cod. de Bon. quæ lib. dummodo modicæ fuerint*  
*Mevius ad Jus Lubec. Part. 2. art. 12. n. 166. fol. m. 421. & Heeser. l. c.*  
*p. 1. loc. 4. n. 27. p. m. 54.* quasi enim hoc ab initio ita convenisse vi-  
detur, ut exiguas suscipiat. *arg. l. 7. §. 2. ff. de Usufr.* Magnas vero u-  
sumq; fructum exsuperantes repetere potest. *arg. l. 39. pr. ff. Fam. Hercisc.*  
*ne ea plane negligat, aut deserat arg. l. 48. pr. §. L. 64. ff. de Usufr. Dn.*  
*Mevius l. c.* In exactioe tamen Nominum Paraphernalium aliud  
paulo dicendum, adeo ut deductis expensis tanto minus in iis fuisse  
credatur. *arg. l. 22. C. Mandat. & per consequens uxor marito mortuo,*  
tanto quoque minus repetere possit, nisi exiguæ forte fuerint, maritus-  
que jamjam ex iis, usuras perceperit, tunc enim compensabuntur, *vid.*  
*Dn. Ludwell. Comm. Cod. lib. 6. tit. 59. leg. 1. p. m. 554.*

§. 14.

Non tamen omnes impensæ in res uxorum factæ cum fructibus  
perceptis, finito usufructu compensandæ, quin potius eæ, quæ conser-  
vandæ rei vel meliorandæ causa fiunt, ab iis quæ fructuum quærendo-  
rum gratia suscipiuntur, separandæ videntur *l. 3. §. 1. ff. de impens. in*  
*res dot. fact.* Hæ ad onus Mariti, tanquam Usufructuarii, non imme-  
rito pertinent *arg. l. 10. ff. de R. J. L. 7. §. fin. ff. Sol. Matrim.* quia  
fructus non intelliguntur nisi deducta impensa *d. l. 7. pr.* impensas  
autem rei conservandæ aut meliorandæ causa factas, si modicæ sint, iti-  
dem Maritus ferre tenetur *L. 12. ff. de impens. in res dotal. fact.* Siqui-  
dem Maritus non minus quam alius aliquis usufructuarius, & bonus  
Paterfamilias rem sartam servare in Dach und Fach Hauswirthlich zu  
unterhalten, tenetur *l. 7. §. 2. ff. de Usufr. unde & Heeserus in loc. Comm.*  
*Part. 1. loc. 4. n. 53. p. m. 58.* Maritus, inquit, Parapherna meliorans  
expensas factas cum fructibus perceptis compensare cogitur. Majores  
vero, vel sunt Necessariæ, vel Utiles, vel Voluptuariæ, *l. 1. pr. d. t. l. 79.*  
*ff. de V. S.* Necessarias, so auff grosse Haupt-Baue gewendet wer-  
den müssen, regulariter refundendas esse clare docet *l. 5. pr. §. 2. ff.*  
*de impens. in res dot. fact. add. Georg. Frantzkius Comm. ff. L. 7. Tit. 1.*  
*n. 19. p. m. 245,* adeo ut cum hæ pertineant ad totius rei conservatio-  
nem,





nem, petens eas aliis Creditoribus in Concursu Creditorum statim in prima Classe vid. Chursl. S. N. Ordu. Tit. 43. §. wenn auch 2c. præferatur; quia omnium Creditorum causa melior inde reddita est, per l. 5. ff. qui pot. in pign. Garsias de expens. cap. 6. n. 19. Mev. ad jus lubec. lib. 2. tit. 1. art. 12. n. 185. Heeser. cit. l. n. 36. p. m. 56. Idem juris est in Utilibus l. 7. in fin. ff. de impens. in res dot. fact. modo consentiente Muliere factæ sint, aut ad Mulierem aliqua utilitas revera, finito Usufructu, perveniat, quod probare Marito repetenti incumbit, Joh. Heeser. l. c. n. 96. p. m. 63. & tunc in quantum locupletior inde facta fuerit, boni Viri arbitrari condemnabitur L. 13. §. 6. ff. de Usufr. L. 38. vers. finge pauperem: ff. de R. V. Voluptuariæ vero parvi æstimantur l. 19. §. 1. ff. de S. P. U. Igitur pro his recuperandis regulariter nec actio, nec exceptio, nec retentio Marito conceditur l. 9. §. ibi Brunnem. ff. de impens. in res dot. fact. add. Menoch. de recup. poss. remed. 15. n. 556. p. m. 719. pati tamen debet Mulier ut Maritus vel ipsius heredes tollant, dummodo id sine detrimento fieri possit, & ex ablatione utilitatem habeant; neque enim malitiis indulgendum est, si tectorium, puta, quod induxerit maritus, picturasque corradere velit, nihil inde laturus, nisi ut officiat: ut ait Celsus in L. 38. ff. de R. V. junct. l. 9. ff. de impens. in res dot.

utiles.

& voluptuarias.

§. 15.

Ut ut igitur ob debita uxoris ante Matrimonium contracta, invito etiam marito, executio in bona Paraphernalia fieri possit. Non tamen vice versa ob æs mariti alienum, durante licet conjugii tempore contractum, eadem in illa, ne quidem quoad usumfructum, invita uxore institui poterit. vid. Math. Coler. tr. de proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 262. Jac. Schultes quest. præct. 46. Nam etsi usufructuarius sit, quia tamen non absolute, sed sub certa causa, exhibendæ scilicet uxoris & totius familiæ, nec non sufferendorum reliquorum matrimonii onerum eo fruitur, uxorisque adeo omnium maxime interfit, in aliam causam illum non converti, invita quoque ea Creditores executionem in usumfructum, utpote uxori ex prædicta causa jamjam tacito pignore obligatum, l. 1. §. 19. ff. de ventr. in poss. mittend. L. 5. §. 3. de Carbon. Edict. Reichbild art. 57. vers. Siset in Erbe vor ihr eingebracht Gut, und sollen die Kinder ihr die Nothdurfft geben, 2c. Carpz. Part. 2. Const. 20. def. 12. Petr. Fontanella tr. de Pact. Nupt. Claus. 6. gloss. 2. Part. 5. n. 71. fol. m. 280. impetrare minime possunt. Nisi Ususfructus oneribus matrimonii longe major sit, quin enim tunc in id quod

ob debita Uxor in paraphernalia fieri potest executio.

non ob Mariti.

ne quidem in Usumfructum.

ratio.

limitatio.





quod excedit usumfructum, executio fieri queat, nulli dubitamus. *arg. Ord. Proc. Sax. Tit. 40. pr. Conf. Struv. S. Jur. Feud c. 12. aph. 7. n. 4. p. m. 438.* Non quidem in ipsum jus Ususfructus, h. e. ut & immisionem in fundum, illiusque administrationem obtineant, sed potius in fructus tantum marito quæsitos, licet adhuc pendentes, rastro tamen subactos. *conf. Carpz. Part. 1. Const. 32. def. 20. n. ult. Petr. Fontanella de pact. Nupt. claus. 7. Gloss. 2. part. 3. n. 50. fol. m. 393.* quamvis autem tales fructus pendentes etiam suo modo mariti sint, quia tamen incertum est, num ad exhibitionem necessariam suffecturi sint, non nisi in subsidium saltem, excusis mariti bonis aliis, in eos executionem concedendam dixerim. *arg. eorum quæ de fructibus feudalibus tradit Dn. Richter tr. de Priv. Cred. c. 4. Sect. 3. n. 49 p. m. 437. Andr. Gail. L. 1. obs. 117. n. 1.* Posse tamen Maritum tali casu in favorem Uxor, & præjudicium Creditorum repudiare Ususfructum, eoque abstinere infra *Cap. ult. §. 4.* latius audiemus.

§. 16.

(4) obligatio  
ex locatione  
mulieris ante-  
nuptiali.

Dissentit  
Mantica.

limitatio.

Effectus Ne-  
gativi.  
1) quod nec  
alienare.

Porro 4.) inter onera non immerito refertur, quod stare loca-  
tione, ab uxore ante matrimonium initæ teneatur, tametsi forte ma-  
jorem inde mercedem recipere posset. *arg. l. 6. C. de Rescind. Vend.*  
cum non plus juris, quam uxor, cujus vice administrat, & ex cujus  
expressa vel tacita voluntate, legis accedente dispositione, usufructu  
gaudet, habere possit, *arg. l. 54. § 55. ff. de R. J. conf. supra cap.*  
*1. §. 5.* quanquam dissentiat hic Dn. Francisc. Mantica *tr. de Ambig.*  
*§ tacit. convent. L. 5. tit. 10. n. 19. fol. 343.* & Didac. Covarruvias *Var.*  
*Resol. L. 2. cap. 15. n. 5. fol. m. 277.* Si modo adhibito Curatore lo-  
catio alias legitime facta fuerit; secus enim uti ipsa non obligatur, *arg.*  
*pr. Inst. de auth. tut.* ita nec ejus Maritus. *Part. 2. Const. Elect. Sax. 15.*  
ibique *Carpz. def. 5.* Exceptio tamen erit, si propriis fortasse usibus re  
illa Maritus ipse indigeat; quo casu tamen ad interesse Uxor tenebitur.  
*arg. l. 3. C. Loc. Cond.* quam deinde ex usufructu haut dubio indem-  
nem præstabit Maritus, cum ejus gratia contractus retractetur.

§. 17.

Effectus Negativi, *vid. supr. cap. 5. §. 1.* sequentes potissimum sunt  
I.) quod alienare vel oppignorare Paraphernalia nequeat, præprimis  
immobilia ne quidem uxoris indistincte consensu. *arg. pr. Inst. quib.*  
*alien. lic.* quanquam ex *Decis. Elect. Sax. 24.* distinguendum hodie sit,  
an alium jamjam habeat Curatorem, an non, illo casu solius mariti Au-  
thori-



thoritas contractum minime convalidat; hoc vero videndum, an ex cau-  
 sa necessaria suscipiatur alienatio, & tunc peculiari Curatore constitu-  
 endo opus non est. *arg. d. Decis. Nov. 24.* An nulla causa necessaria,  
 sed suspicio magis subfit, in commodum Mariti saltim, futuræ succes-  
 sionis ergo, eam fieri, quo casu nec emptor, nec Maritus securi erunt, ille,  
 ne ab uxore ejusve heredibus, alienata revocentur in verb: *d. Decis. Nov.*  
*24.* so ist sie solchen Contract zu hinterziehen wohlbefugt; hic vero, ne  
 defuncta conjuge pretium restituere teneatur, quare tunc peculiaris ad  
 hoc constituendus Curator est. *conf. Carpz. Lib. V. Resp. 42. § Part. 3.*  
*Const. 23. def. 3<sup>o</sup>.* quocumque autem horum modo alienatione vel op-  
 pignoratione facta, si maritus cum uxore super accepta pecunia apo-  
 cham dederit, totum pretium ad Maritum pervenisse præsumitur, Ber-  
 lich. *Part. 1. Decis. 173. n. 14.* quia pretii non minus quam rei ipsius ad-  
 ministrationem & usumfructum habere, uxoremque in confessione so-  
 lutionis non nisi ad cautelam & securitatem Emptoris, ne sibi factam so-  
 lutionem aliquando negare possit, intervenisse, creditur, *ut idem ait*  
*Berlich. P. 2. Decis. 226. num. 4. add. Mantica tr. de Ambig. § tacit.*  
*convent. Lib. 3. tit. 10. n. 44. fol. m. 131.* Cæterum mobilia marito semel  
 allata & tradita, etiam sine Curatore, solo uxoris Consensu alienare vel  
 oppignorare valide potest. *arg. l. 5. C. ad Sc. Vellej. L. 11. C. de Distract.*  
*pign. junct. Constit. Elect. Sax. 15. Part. 2. Lauterbach in Compend. ff.*  
*L. 16. Tit. 1. lit. B. p. m. 207.* quoniam autem jus utendi fruendi accepta  
 pecunia cum facultate eam expendendi habet, necessario Dominus il-  
 lius erit, & sic per consequens fundus aut aliæ res inde Mariti nomine  
 comparatæ, non Uxoris sed Mariti erunt propriæ *L. 7. c. si cert. petat. L.*  
*12. C. de Jur. Dot. ibiq; Brunnem. Carpz. part. 3. C. 25. def. 11. Joh.*  
*Heeser. Part. 2. loc. Comm. 18. n. 168. p. m. 856.* quod eo quoque  
 usque ampliat Barbosa, ut quamvis suo nomine expresse non emerit, in  
 dubio tamen suum potius, quam alienum negotium gessisse censentur,  
 adeoque sibi acquirat. *L. 4. ff. de Solut. vid. Barbozæ & Taboris The-*  
*saur. Locor. Comm. L. 14. Axiom. 6. fol. m. 88.*

ampliat.

aliud in Mo-  
bilibus.

cujus res ex  
pretio rerum  
venditarum  
comparatæ  
sint?

ampliatio.

§. 18.

(2.) Licet Usufructuarius alias non prohibeatur, rem usufructu-  
 ariam suis sumptibus meliorare vel augere. *arg. l. 45. § 48. ff. de Usu-*  
*fr. Servitute tamen fundo Usufructuario acquirere nequit l. 15. §. fin.*  
*ff. de Usufr.* quia extraneus extraneo nihil regulariter stipulari potest.  
 Arnold. Reyger, *in thesaur. Jur. in voc. Ususfr. n. 1. fol. 1142.* Ne qui-  
 dem

2) nec servitu-  
tem acquirere  
fundo para-  
phernali  
possit.

F

dem





Resp. obje-  
ctioni.

limitatur, I.

2.

an aliquis

omni

an

dem socius fundo communi *l. 19. ff. de S. P. R. & L. 9. ff. Comm. Præd.*  
Atque idem haut dubie in Marito servitutem fundo Paraphernali sti-  
pulante dicendum, quia licet cum Conjuge una quodammodo caro  
sit, illa tamen spiritualis unio hic parum operabitur, cum nihilominus  
revera fundus ille mere alienus sit; maxime jure nostro Saxonico,  
ubi nec post mortem Maritus in eo succedit. Non tamen sine omni  
penitus effectu talem stipulationem, servitutis, v. g. Itineris, actus, viæ  
&c. esse, sed ad dies vitæ Mariti minimum durare, ad instar Juris per-  
sonalis. *arg. l. 37. ff. de Usu & hab. L. 2. ff. Comm. præd.* quin & si a  
moribunda conjuge postea fundus iste ei per testamentum relinquatur,  
in perpetuam valituram, & retro quasi firmari & conservari servitutem  
acquisitam crediderim. *arg. l. 140. §. 2. verb. : non extinguitur stipula-  
tio. & c. item : acquisita tamen observatur, si pars prædii, cui servitur,  
alterius Domini esse cœperit & c. ff. de V. O. L. 11. §. fin. verb. an acqi-  
sita sequuntur legatarium, & magis dicendum est, ut sequantur. ff.  
quem. servit. amit.* Atque hoc multo magis in dotali fundo, cujus  
etiam in æstimateo dati, quodammodo eon dominus est, admittendum  
videbitur, argumento a confusione servitutis, ad acquisitionem ejus  
deducto *ex L. 7. pr. ff. de Fund. Dot.*

## CAP. VI.

### De Fine & Affinibus.

§. I.

Finis respectu  
Mariti,  
respectu uxo-  
ris.

**F**inis ex effectu duplex cognoscitur, alius respectu Mariti, alius re-  
spectu Uxoris. Ratione illius est sublevatio Matrimonii onerum,  
omniumque perceptorum fructuum acquisitio; hujus vero alimenta-  
tio, & ab oneribus matrimonialibus liberatio.

§. 2

Differentia ab  
Usufructu in  
genere. (1.)

(2.)

(3.)

(4.)

a Paterno;

Affinis huic est Usufructus in genere, in eo tamen differens,  
quod (1.) ut genus & species a se invicem distent (2.) ille Servitus, hic  
vero non sit. (3.) Ille ex pacto & conventionem, vel ex dispositione legis  
oriatur. Hic autem mere legalis sit, *conf. supr. Cap. 1. §. 5.* (4.) Non  
omnis usufructus, præprimis Conventionalis ex causa onerosa com-  
petat; Hic vero semper. Tacitam enim alimentationis & sustinend o-  
rum onerum matrimonii conditionem in se continet. Et quamvis  
magnam cum Paterno Usufructu hac in parte cognationem habeat, dif-  
ferunt



ferunt tamen in eo, quod Paternus morte Filii non finiatur, sed toto tempore, quo supervixerit, apud patrem perduret. L. 3. §. 1. C. de Usufr. L. 1. L. 4. L. fin. §. 5. verb.: donec Parentes vivunt C. de Bon. qua lib. Nov. 22. c. 34. Lauterbach. in disp. de Usufr. Patern. th. 35. p. m. 27. Maritalis vero defuncta Uxore desinat.

CAP. VII.  
De Contrariis.

§. I.

**M**odis quibus ususfructus hic finitur vel amittitur, alii Naturales alii Civiles sunt. Ad illos (I.) referenda imprimis Mors est, tum Mariti, tum Uxoris. Et Mariti quidem, quia ad instar alterius Ususfructus personalis est, atque ob id personam ejus non egreditur L. 5. pr. ff. quib. mod. Usufr. amitt. Sed ad viduam, proprietariam, revertitur. arg. l. 3. §. 2. ff. de Usuf. & quidem PLENE, unde licet servitute usus non fuerit Maritus, ea tamen amissa non habetur conf. cap. 4. §. fin. Sicut nec imposta prædio viduæ nocet, sed liberum redit l. 5. ff. de Fund. Dot. tametsi enim Maritus Paraphernorum Administrator sit, & procuratoris factum Domino alias præjudicet. L. 10. C. de Proc. adeo ut nec restitutionis remedium, etiam non solvendo existente Procuratore, concedatur l. 13. §. fin. C. de Judic. illud tamen involuntariis saltim & revocabilibus procuratoribus, non necessariis & irrevocabilibus, qualis maritus est, procedere videtur. conf. Struv. in Synt. Jur. Civ. L. 3. tit. 3. th. 35. Et quanquam Dominus Carpz. Lib. V. Resp. 78. n. 8. ex locatione Paraphernalium a defuncto facta, viduam obligari, eamque non magis facto mariti, ceu tutoris conjugalis, quam pupillum viri tutoris, contravenire posse, contendat; nescio tamen annon idem in Paraphernis, quod in dotalibus alias ipse Dn. Carpz. P. 2. Const. 37. def. 2. hac in parte statuit, per textum in l. 25. §. ult. ff. sol. matr. asserendum veniat; cum par utriusque sit ratio, & in utroque non hereditario sed singulari jure succedat, suumque repetat. Nec a tutore & pupillo, tanquam a disparatis, huc procedit argumentatio. Tutor enim ex necessitate & ex officio tutorio, ipsi a Magistratu injuncto, locat, non in suum, sed in pupilli tantum usum, nisi intermissa locatione, ad id, quod interest Pupillo aliquando obligari velit; ne igitur officium hoc tutori sit damnosum, si forte pupillo, contractum retrahente, a conductore ad interesse con-

Modus finien-  
di naturalis  
est,

I.

Mors Mariti.

plene rever-  
titur.

Resp. objecti-  
oni.

an vidua loca-  
tioni a defun-  
cto marito fa-  
cta stare tene-  
atur? Neg.

Resp. objecti-  
onibus.





obligantur  
tamen Mariti  
heredes ad in-  
teresse.

Quid si con-  
sensu uxoris  
oppignoratae  
sint.

Creditor pi-  
gnora uxoris  
esse sciverit.

Viduae  
Ager semina-  
tus ab heredi-  
bus mariti re-  
stituendus.

Limitatio.

Mors Uxoris.

veniatur, non immerito pupillus stare conventioni obligatur. Maritus vero ex voluntate, & in suum commodum contrahit, ergo & ex contractu isto se & suos tantum heredes obligat. *arg. l. 17. ff. de Pact. Dot.* Heredes igitur Maritali casu locatori ejusque heredibus ad interesse tenentur *Carpz. Part. 2. Const. 37. def. 3.* Sic & libere res suas recipit vidua, tametsi forte a Marito oppignoratae sint, *pr. Inst. quib. alien. lic. vel non L. 4. in fin. ff. ad Scf. Vellej.* nisi sciente & permittente ea, ignorantia Creditori oppignoraverit, quia animum decipiendi habuisse praesumitur *l. 5. C. ad Scf. Vellej. & L. 11. C. de distract. pign. modo consensus liber & non coactus fuerit. Anthon. Faber. in Comm. C. lib. 4. tit. 21. def. 23. fol. m. 419.* Sic &, si sciverit Creditor uxoris esse pignora, nec renunciare eam Scfo. Vellejano faciat, vindicare illa uxor poterit, tametsi in oppignorationem consenserit *arg. l. 23. & auth. si qua Mulier C. ad Scf. Vellej. l. 30. ff. eod. Lauterbach. in Comp. ff. Lib. 16. tit. 1. lit. b. p. m. 207. & 208. Joh. Brunnem. in Comm. Cod. ad d. l. 5. C. ad Scf. Vellej. fol. 427.* Nec dubium est, quin taliter alienata revocare pro lubitu possit, per tradita superius *cap. 5. §. 15.*

§. 2.

Quia igitur, ut supra *praec. §. 1. & cap. 5. §. 4.* dictum, Uxori viduae Paraphernalia plene i. e. in eo statu, quo defuncto attulit, restituenda veniunt, haut difficile est judicatu, agros quoque quos seminatos Maritus accepit, ab heredibus ejus ita cedendos, aut aestimationem feminis & culturae praestandam esse, ut praesidio hoc confirmat *Richter in tr. de Success. ab intest. sect. 4. membr. 2. n. 7. p. m. 388.* limitanda tamen haec in iis rebus, quae quotidiano usu atteruntur, tales enim sufficit restitui, prout tempore restitutionis, circa dolum aut culpam Mariti, reperiuntur, attritae, aut deperditae. *vid. Joh. Heeser in Loc. Comm. n. 2. loc. 12. n. 83. p. m. 529. Petr. Fontanella tr. de Pact. Nupt. claus. 6. gloss. 2 part. 5. n. 13. fol. m. 296.* Praeterea, morte quoque Uxoris finitur Usustructus, cum causa, ob quam conceditur, finalis, alimentatio scil. sustentatioque onerum matrimonii tunc desinat. *arg. l. 28. pr. & §. 1. ff. de Jur. Dot. add. cap. 6. §. 1. fructus tamen adhuc tum pendentes industriales marito, juxta cap. 5. §. 1. 4. debentur sicut & expensae utiles & magnae, per cap. 5. §. 11. nec recedere inde cogitur, priusquam ipsi eo nomine satisfactum sit, cap. 5. §. 4. Borgnin. Cavalcanus. de Usufr. Mulier. relict. Sect. 4. n. 37. p. m. 474.* non tamen viduus Uxoribus praeter agros, ex fructibus pro cultura  
aus



aut semine quicquam præstare cogitur, tametsi seminatos ea attulerit, quia fructus suo jure percepit, veluti Scabini Hallenses M. Mart. Anno 1598. Hansen Dimpeln zu Gatterstädt responderunt: Ihr seyd von dem Getreyde, so euch ohne das gebühret, der Erben Acker de novo von den euern zu bestellen nicht schuldig, v. R. w. teste Richtero tr. de succ. ab intest. S. 4. m. 2. n. 9. p. m. 389.

Heredibus uxoris a viduo non est reddendus ager feminatus.

§. 3.

2.) Rei interitus, citra culpam mariti obtingens vid. cap. 4. §. 4 & quidem totius; in parte enim quæ superest, subsistit. L. 53. §. 60. ff. de Usufr. quamvis autem alias Usufructuarius opus destructum aut combustum restituere non possit, invito proprietario; cum superficies saltim, non area, usumfructum debeat, L. 7. §. 2. §. d. l. 53. ff. de Usufr. Hottomann. Comm. ff. ad tit. quibus mod. Usufr. amitt. n. 3. Arnold. Reyger. in thesaur. Jur. voc. Usufructus n. 87. fol. m. 157. in Marito tamen aliud dicendum putamus, quia non simplex usufructuarius, sed administrator simul legitimus, & jure nostro Saxon. Land. R. L. 1. art. 31. verb: Mann und Weib haben kein gezweyet Gut re. quasi Con. Dominus est. conf. supr. cap. 2. §. 1.

2) Rei interitu.

an restituere collapsa vel combusta prædia possit?

§. 4.

Modi Civiles sunt: 1. ex parte subjecti, & quidem (1.) Mariti factum tam Licitum quam Illicitum. Pro facto licito omnium confessione habebitur Renunciatio, si in pactis dotalibus vel expresse huic juri renunciaret, aut uxori refutet. arg. l. 29. C. de Pact. extraneo enim cedendo nihil agit, §. 3. Inst. de Usufr. non tamen cum amittit, perinde ut alius usufructuarius arg. l. 66. ff. de J. D. vid. Carolus Molinæus in Extricatione Labyrinthi sexdecim. Leg. ad d. l. 66. fol. m. 116. per tot. Arnold. Reyger. in thesaur. Jur. Voc. Usufructus fol. m. 155. Brunnem. Exercit. Inst. ad d. §. 3. Ludwell. Exercit. 5. th. 10. lit. C. p. m. 89. exercitium autem usufructus alii concedere potest, qui nomine & loco mariti fructibus utatur fruatur, ut conductori, creditori, donatario &c. L. 12. §. 2. l. 38. L. 67. ff. de Usufr. Carpzov. P. 2. C. 25. def. 16. §. P. 2. C. 42. def. 9 Brunnemann. ad L. 9. C. de Usufr. n. 3. fol. m. 295: Vel tacite, permittendo, ut uxor, certa saltim dote constituta, quod superest facultatum pro receptitiis sibi retineat. Nam tali casu non fructus tantum, sed & substantiam ipsam, inscio & invito marito alienare, quin & testamento de iis disponere potest. Andr. Rauchbar. L. 1. qv. 32. §. Carpz, Part. 2. C. 15, def. 10. unde & in simili plane casu quo

Modi Civiles I) ex parte Mariti

renunciatio expressa.

an cedere & locare possit?

tacita.





uxor incio Marito & sine Curatore nomen aliquod donare alicui volebat, ad requisitionem D. G. B. Anno 1688. M. Febr. Dn. Scabini Lipsienses responderunt. Alldieweil aber dennoch denen verehlichten Weibes Personen die alienation ihrer beweglichen Güter nur darumb untersaget, damit dadurch denen Männern an ihren/ in der Weiber Güter habenden Rechte nicht præjudiciret werde; Dahero zu solchen Veräußerungen nicht eben eines Curatoris, sondern nur des Ehemannes Consens erfordert wird; dessen es aber in gegenwärtigen Falle der angezogenen Ehepacten halber nicht bedarff, also Maria bey der unternommenen Schenkung gar keines Curatoris benöthigt gewesen, &c. So möchte obangeregte Beschenkung vor beständig wohl gehalten werden. v. r. w.

§. 5.

Quid si Uxori  
relinquat?

non coacte,

quod a vidua  
probandum.

Resp. objecti-  
oni,

Pro renunciatione etiam habetur si Maritus eo non utatur sed uxori administrationem paraphernalium, & fructus relinquat, Christ. Gastel. *Spec. Jur. c. 25. n. 62. p. m. 343.* maxime industria & labore uxoris quæsitos Carpz. *P. 3. C. 25. def. 12.* dummodo id scienter & sponte fecerit, quod in dubio non præsumitur, adeoque ab uxore probandum *arg. l. 25. pr. ff. de probat.* Jacob Menoch. *arbitr. Jud. quest. L. 2. cent. 1. cas. 88. n. 1. fol. 182.* Dan. Moller. *L. 3. Semestr. c. 37. n. 1. p. m. 331.* quo facto liberi, aut heredes Maritorum alii, fructus illos ab uxore vidua exigere & repetere non possunt; & quamvis inter Conjuges alias donatio non subsistat, hæc tamen Morte confirmata hinc revocabitur *L. 32. §. 2. ff. de Donat. int. V. & U. L. 1. 3. & 10. C. eod.* maxime cum non tam donasse Maritus, quam non acquisivisse vel dereliquisse fructus videatur *L. 8. C. de Don. inter V. & U. Carpz. l. c. & lib. V. resp. 64. n. 18.* Joh. Köppen *Decis. 14. n. 13. fol. m. 26. b.* Pariter uti Usufructum adventiciorum a liberis, permittente Patre perceptum, reliqui liberi coheredes vindicare & repetere nequeunt. *L. 6. §. 2. C. de Bon. que lib. add.* Joh. Bapt. Zileti *Resp. Conf. 87. n. 16. fol. m. 88.* Quod si autem invito, vel omnino non sponte consentiente Marito eos sibi reservaverit, tantum abest, ut eos lucretur, ut cum usuris potius restituere liberis conditione indebiti, *arg. l. 66. ff. de Condict. indeb. vel sine causa, arg. l. 1. §. 3. ff. de Condict. sine causa,* adigi possit, *conf. Carpzov. Lib. 5. Resp. 64 n. 3. & seqq.* quin & tali casu non liberis tantum, sed & Marito sine herede defuncto, Creditoribus ejus, juratas perceptorum fructuum



fructuum rationes reddere compellitur, quo de Præjudicium a Dn. Carpzov. P. 3. C. 25. def. 6. adductum intelligimus. Nulli enim dubitamus, quin Maritus in gratiam uxoris, & præjudicium Creditorum suorum Usufructui, sibi ex Paraphernis competenti, renunciare, eumque uxori relinquere possit; cum nihil in fraudem Creditorum proprie alienet, nec patrimonium suum diminuat, sed saltem non acquirat, h. e. id agat ne locupletetur. L. 6. pr. & S. 1. ff. quæ in fraud. Cred. Non autem eadem ratio est lucri quærendi, & jam acquisiti. Carpz. part. 3. C. 23. def. 21. & Part. 2. Dec. 161. poterit tamen ipse Maritus, vivus adhuc remissionem vel donationem hanc, ceu ipso jure invalidam, quocumque tempore revocare, licet ejus heredibus id non permittatur. Carpz. L. V. Resp. 64. n. 19. conf. supr. c. 3. S. 6.

An maritus in præjudicium Creditorum usumfructum derelinquere possit?

§. 6.

Facto Mariti Illicito amittitur, (1.) ob Adulterium, quo uti matrimonium æque ac per mortem, solvitur, Math. c. 5. vers. 32. & C. 19. vers. 9. Ita nec Maritus amplius, nec onera Matrimonii atque sic nec Ususfructus maritalis esse poterit. conf. Joh. Heeser. in loc. Comm. Jur. P. 1. loc. 8. n. 281. p. m. 222. Maritus enim adulter respectu uxoris habetur pro mortuo Chr. Philipp. Richter. in Decis. 18. n. 6. fol. m. 112. dummodo confessus vel convictus fuerit. conf. Carpz. Prax. Crim. P. 2. qv. 64. n. 40. (2.) ob Malitiosam desertionem, quæ adulterio æquiparatur, & desertorum adulterii suspectum reddit teste Carpzov. in Consist. L. 3. def. 70. n. 7. & def. 71. n. 11. prævio scil. desertionis! processu & subsequuta vinculi conjugalis relaxatione, ante enim uti matrimonium revera adhuc subsistit, ita & jus ususfructus maritalis non potest non dici adhuc durare. Unde dubium non est, quin maritus revertens, suamque absentiam purgans usumfructum quoque recipiat. arg. l. 22. §. 2. ff. de Captiv. & postlimin. de consumptis tamen medio temporis fructibus uxorem ad reddendum rationes minime compellendam dixerim, cum re quasi sua vel abula sit, arg. l. 25. §. 11. ff. de Her. Pet. sibi que imputare debeat maritus, quod tamdiu latuerit, nec reversus ipse eam cum familia exhibuerit extantes, vero adhuc, ut ei restituat æquum omnino censeo. arg. l. 22. C. de R. V. & l. 14. ff. de cond. indeb. Et quanquam superius Cap. 5. §. 13. Mariti creditoribus interdum in fructus, quoad id quod alimentorum quantitatem excedit, executionem concedendam esse

Facto illicito. I. adulterio.

II. malitiosa desertione.

reversus eum recipit, uxor ad rationes reddendas non obligatur.

In fugitivi Mariti usumfructum Creditores non imittantur.





esse non negaverimus; illud tamen in fugitivo desertore, utut per sententiam nondum pro tali declarato, nec conjugio soluto, neutiquam admitterem, tum (1.) quia ob suspicionem adulterii indignus eo habendus; tum & (2.) quia Maritus non quata talis, sed ut alimentans ex bonis Conjugis lucratur fructus, *Conf. sup. cap. 5. §. 13.* qua causa cessante, cessat & Effectus; adeoque cum uxor quoque Domina rerum suarum constante Matrimonio sit, liberum quasi, ex tacita voluntate, & derelictione Mariti earum accipit arbitrium, ut sic jure suo iis utatur & fructibus fruatur, nemo autem de suis rebus reddere alii rationes tenetur. *Confer. Math. Coler. Part. 2. Dec. 257. n. 6. & Carpz. part. 3. Const. 26. def. 5.* Ex quo etiam est, quod separatus quoad thorum & mensam, aut alimenta separatæ præstare, aut dotem cum Paraphernalibus restituere cogatur. *Carpz. in Consist. Lib. 2. Def. 213. & Lib. 5. Resp. 24. n. 9.* Cum igitur, ut diximus, adulterium ex vivo mortuum faciat, uxore adultera, hæctenus quidem finitur ususfructus, ut quasi mortuæ omnia mobilia marito, tanquam heredi, approprientur, in Im-mobilibus tamen, quousque dissolutio conjugii nondum facta, integrum retinet, separatione vero subsequuta, cum immobilia ad liberos aliosve uxoris consanguineos devolvantur, ipso jure desinit. *vid. Carpz. P. 4. Const. 21. def. 1. Rauchbar. Part. 1. qu. 47. n. 11.*

quid de separatis quoad thorum & mensam.

soluto vinculo distinguitur inter mobilia & immobilia.

§. 7.

An Relegati?  
negatur.

limitatio.

Relegati autem Ususfructum non amittunt, nam sicuti delicta & inde dictitata fustigatio vel relegatio per se sufficientes, dissolvendi matrimonium, causæ non sunt, *c. 2. x. de divort. l. 20. C. de Don. inter V. & U. l. 1. C. de Repud. Nov. 22. c. 13.* quin sequi potius uxor Maritum teneatur *Carpz. Consist. Lib. 2. def. 203. n. 12.* ita nec Ususfructus, quantum scilicet ex eo, deductis oneribus matrimonii superest, ei auferetur, cum & alia Civitatis jura relegati retineant. *L. 4. & 14. §. 1. ff. de interd. & relegat. l. 8. §. pen. ff. qui test. fac. §. 2. Inst. quibus mod. jus patr.* *Carpz. Prax. Crim. Part. 3. qu. 130. n. 52.* nisi forte latitet, & sequi eum non possit, tunc impetrata prius a Principe revertendi gratia, aut salvo, etiam a magistratu saltim inferiore relegante (ut usu aliquoties in Consistoriis observatum audivimus) ad respondendum & se defendendum conductu pro eo obtento, citari eum potest facere, & nisi compareat, pro desertore malitioso habendus, adeoque & usufructu privandus omnino videbitur.

§. 8.



§. 8.

III.) Porro & usufructu carere debet, si onera Matrimonii non sustineat *conf. cap. 6. §. 1. Philipp. Richt. tr. de Success. ab intest. Sect. 4. membr. 1. n. 9. p. m. 371.* puta, 1.) uxorem non alendo, modo per ipsum ster, quo minus alatur, secus autem se res habet, si ipsa aufugerit, aut seorsim a Marito habitaverit, sine justa vel sufficienti causa, tunc enim nihil alimentorum nomine & fructibus ei præstabit, ne per indirectum diminuere vel intervertere usumfructum marito posset. *conf. Fontanella tr. de Pact. Nupt. Tom. 2. claus. 6. gloss. 2. part. 1. n. 10. seqq. sol. m. 250. Anthon Faber. in Cod. lib. 6. tit. 33. def. 13.* Item si Pater filium una cum familia exhibeat, maritusque adeo nullam impensam faciat. *vid. supra Cap. 2. §. 7. conf. Petrus Fontanella de Pact. Nupt. Tom. 2. claus. 7. gloss. 2. Part. 5. fol. 395. n. 75.*

1) uxorem non alendo  
limitatio.

§. 9.

Prædicta tamen privatio usufructus minime obtinet, si vel dotem promissam, aut paraphernalia omnia Marito inferre Uxor detrectet, ipsaqve Usumfructum Marito malitiose intercipiat. *arg. L. fin. C. ad Sct. Vellej. junct. L. 37. §. 1. in fin. ff. de Minor.* aut si pacto interveniente ipsa alimentationem sui in se receperit, qualia pacta de jure subsistere latius probat Franc. Mantica *tr. de Ambig. convent. L. 12. tit. 22. n. 26. fol. m. 751.* cum, pacto hujusmodi non obstante, nihilominus reliqua matrimonii onera sufferre debeat.

excusatur Maritus si uxor promissam dotem vel paraphernalia non inferat. aut ipsa alimentationem in se receperit.

§. 10.

2.) Tributa, vel etiam Usuras de sorte, Paraphernalibus forte inhzrente, non exsolvendo. 3.) Paraphernalia facta recta non conservando. Quamquam non in totum statim tunc privandus usufructu, sed sufficere posse videatur, ut vel implorato officio judicis illorum præstatio ei injungatur, vel inhibitis mercedis conductorum aut aliorum proventuum, ad competentem summam impetrari possit, nisi Maritus ea præstare se offerat, quemadmodum in simili Anno 1675. M. Febr. in causa C. B. contra J. B. a Dominis Scabb. Lipsiens. pronunciatum novimus. Würde Befl. seinem erbieten nach, des unmündigen G. W. M. Vormundern die verfallene Zinsen, so wohl was künfftig an Oneribus auffm Gasthoffs zur N. N. und dessen Mieth-Häuser fällig seyn wird, jedes an gehörigen Ort zu rechter Zeit

2) Tributa non exsolvendo.  
3) facta recta paraphernalia non servando.





Zeit abstaten immassen ihn zu thun oblieget, so verbleiben demselben die übrigen Nutzungen desselben billig v. R. w.

§. 11.

IV. per modum & tempus non utendo.

Insignis requiritur deterioratio.

alias ad interesse saltem tenetur.

per tempus amittitur; prescriptione.

II. Ratione Uxor. I) ob defectum ætatis.

2) ob receptionem.

IV. Amittitur perinde ut Ususfructus alius, si eo Maritus non utatur per modum & tempus. Modum autem hoc loco non quemcunque intelligimus, nec eum tantum, quo uti illum debere boni Viri arbitrato pro forma requisivimus in cap. 4. §. 3. sed talem, qui est ex natura rei usufructuariæ. Conf. Dn. D. Rebhan. in Paralipom. Meierian. Dec. 2. qu. 2. n. 8. p. m. 63. h. e. si male utatur re ista contra naturam suam, v. g. si sylvam penitus excidat, domum destruat, hortum in agros convertat. &c. Insignem igitur oportet esse deteriorationem, summumque substantiæ rei ipsius illa tum esse damnum, quod iudicis arbitrio relinquendum cum Dn. Jac. Menochio. Arbitr. Jud. Lib. 2. cent. 1. cas. 78. n. 6. fol. m. 172. & Jac Mandello Albense. Consil. 55. n. 6. fol. m. 59. b. modica enim si fuerit deterioratio, non magis ac usufructuarii alii, ad interesse saltem obligabitur, arg. l. 13. §. 2. ff. de Usufr. l. 1. §. 5. & 6. ff. Usufr. quemad. cav Rebhan. l. c. n. 2. Locamer quest. Instit. 188. Colleg. Jur. Arg. Lib. 7. tit. 4. th. 9. Wesemb. in Parat. Lib. 7. tit. 4. n. 8. quanquam Marito nec priori casu in totum usumfructum auferri debere dixerim, licet administratio forte, auctore prætorum, sequestrari, & ex fructibus damnum resarciri, quod vero superest marito offerri, possit. Per tempus autem amittit, si ab alio præscribi patiatur. arg. L. 20. §. 25. ff. quib. mod. Usufr. ipsa tamen Uxor, cum semper habeat scientiam rei alienæ, arg. l. 3. §. 2. & L. 4. ff. de Usufr. præscribere nequit. cap. fin. X. de præscript. sed relictam ei administrationem cum usufructu, quasi precariam, quovis tempore revocare maritus potest. arg. l. 12. §. 15. pr. & §. 4. ff. de Precar.

§. 12.

II.) Ratione Uxor, 1.) ob defectum justæ ætatis, si minor XII. annis nupsit. L. pen. ff. quand. dies Legat. L. 68 ff. de J. D. §. L. 4. ff. de R. N. tali enim casu neque dotis neque legati fructus mariti, impubertatis conscii, fieri, licet in domo ejus decesserit, isque matrimonii onera supportaverit, statuit Nicol. Boetius in Decis. Burdogalens. 22. n. 37. fol. m. 51. nisi dolo malo conversatus sit is, ad quem dos pertinet, tunc enim Maritum, illius ignarum, doli mali exceptione posse condicentem summovere ex Juliano probat Ulpianus in L. 11. §. 4. ff. quod fals. tutor. auth. conf. supr. C. 2. §. 4. 2.) Si & administrati-

OREM



onem & usumfructum statim ab initio sibi receperit seu reservaverit, etiam omnium bonorum suorum *vid. Carpz. P. 3. Const. 25. def. 13. & P. 1. const. 28. def. 90.* quod tamen tempore sponsaliorum facere eam oportet; Nam etsi Ususfructus perceptio realis a Sacerdotali demum copula incipiat, jus tamen percipiendi a Sponsalibus radicari, indeque jus quæsitum habere maritum puto, quod invito postea auferri vel interverti non potest, quia sub hac quasi conditione tacita sponsalia iniri, eamque fortasse ducturus non fuisset, si tunc temporis reservare Ususfructum sibi voluisset. *l. fin. pr. ff. que in fraud. Credit.* Quare non magis quam sponsalia ip'a, hoc pactum legale tacitum, invito sponso mutari poterit, cum sibi potius uxor imputare debeat, cur non apertius legem hanc contrahendis sponsalibus dixerit, sibi que adeo mature bona illa receperit, ne id egisse videatur, ut sponso insidiaretur, prout in simili Labeo ait *in L. 84 ff. de Jur. Dot.* Sponsus enim non opus habuit hoc demum sibi pacisci, quod ipso jure ei competiit *facit huc Petr. Fontanella de pactis Nupt. Tom. 2. claus. 7. gloss. 2. part. 2. n. 2. 14. & seqq.* tametsi forte constante demum matrimonio uxori ea obvenerint, eorum tamen Ususfructum invito marito subtrahere, aut pro receptitiis illa sibi reservare non potest, utpote Marito, ex momento pure contractorum sponsaliorum, jamjam jure quæsitum, *arg. l. 7. C. de Jur. Dot. & L. 28. ff. eod. l. 7. & l. 29. ff. Solut. Matr.*

quo tempore receptio fieri debeat.

quid de bonis constante matrimonio adventitiis dicendum?

§. 13.

Cum igitur bona sua, constante Matrimonio, Uxor Marito utenda fruenda denegare nequeat; Quæritur an non per indirectum eum spe lucri seu Ususfructus, non-acquirendo scil. v. g. hereditatem, fraudare possit? *Resp. Negando.* Propter jus Ususfructus & successionis speciali jure marito tributum, in cujus præjudicium a delata hereditate se abstinere minime poterit, *arg. Nov. 22. c. 33. in fin. L. 55. ff. de Leg. 1. & Const. Elect. Sax. 7. part. 3. ibiq; Carpzov. & in Exerc. de J. F. S. decad. 1. th. 3. n. 4.* Sed quid de sperata hereditate dicendum, poteritne, consentiente v. g. Patre, (*vid. Carpz. Part. 2. C. 35. def. 10.*) de hujus hereditate, inscio aut invito Marito, pacisci cum fratribus, eidemque renunciare, atque sic postea abstinere? Ita quidem videtur, *arg. L. 6. §. 1. & 2 ff. que in fraud. Cred.* Enim vero, cum Jure Saxon. feminae contracto matrimonio alieni, & Maritorum juris esse incipiant, in cujus perpetua tutela & cura sunt, hujusmodi renunciatio-

An uxor invito vel inscio marito repudiare hereditatem possit. Neg. nec de latam.

nec speratam.

ne





Immobilia  
alienare po-  
test invito  
marito, sed  
salvo usufru-  
ctu,

Confiscatione  
Paraphernali-  
um usufru-  
ctus non tol-  
litur.

ne autem & abſtinentia, contra proprium etiam commodum labo-  
rare deprehendantur, *v. l. 4. C. de ſponſ.* non magis quam pupilli aut  
minores, quibus haec tenus æquiparandæ, absque tutorum & curato-  
rum suorum auctoritate & consensu firmiter hoc facere poterunt.  
*arg. pr. Inst. de auct. tut.* & tanto quidem minus, cum non i-  
plarum saltem commodum, sed Maritorum etiam præjudicium ver-  
setur. *Dissentit. Dn. Berlich Part. 1. Dec. 51.* Multo igitur minus  
acquiſita jamjam alienare & usufructum Marito intervertere pote-  
rit. Quia tamen de immobilibus disponendi liberius habet arbitrium,  
adeo ut & testari iis possit, *Part. 2. Const. Elect. Sax. 15. ibiq; Carz.*  
quin proprietatem seu substantiam salvo Mariti usufructu, alienare, et-  
iam sine hujus voluntate possit, nullus dubito. *vid. Joach. Mynſinger. in  
Resp. Jur. Decad. 2. Respon. 2. n. 17. & 19. fol. 103. Conf. ſupr. Cap. I. §. 4.*

§. 14.

Cæterum uti delinquendo quisque sibi tantum, non aliis, regu-  
lariter nocet; ita confiscatis licet Uxoris bonis, Marito nihilominus  
Usufructus illæsus permanet. *arg. l. 3. C. de Bon. præscr. Ord. Camer.  
Part. 2. tit. 9. §. 2. Hahn. in not. ad Weſemb. Paratitl. L. 48. tit. 29.  
n. 6. item de Allodialibus.* Atque hæc sunt, quæ pro temporis ratione  
& ingenii modulo proferre hac vice licuit.

DEO pro concessis viribus sit

Laus Honor & Gloria!





f-  
er  
y-  
re  
t  
i-  
r  
s  
n  
-









Fe 1070

f

ULB Halle 3  
004 956 94X




FA → OL

W.A.

M.E.









*de Jure Fam.*  
expresse uxor  
multis Marito  
subditis, præ  
bus percipien  
pertractandun  
FRUCTUAR  
competentem

De Def

**R**ubrica D  
tione pau  
interpretatio et  
intelligatur qu

Etymologia  
Mariti,

Primo ig  
ut vulgo credi  
eo, quod variis  
Uxori junctus.  
latur, quia, cu  
postes domus a  
tur, docente P  
p. 225. seqq. C  
& licet ritus isti  
mansit, ut in n  
multanee inve  
e. s. §. 3. & 4.  
Quamquam & h  
proclamatio e  
quoque non m  
hujusmodi nece  
Nam etsi de esse  
conjugii Christi

num ritus ho  
dierni de es  
sentia matri  
monii sunt?

otalibus ea sibi  
is & aliis pene  
rum ditionum  
itate, seu fructi  
culo accuratius  
TUM USU-  
uctum Marito  
s feliciter!

temqve

e cujus evolu  
tanda congrua  
t tanto melius  
p. m. 2. b.

a Mare & ritu,  
si Maris ritus,  
Maritus, seu,  
Unxor, appel  
ingrederetur,  
l mali inferre  
de Ritu Nupt.  
40, fol. m. 198.  
en tamen re  
restitura & si  
is Jur. feud.  
isse novimus.  
eantur, puta,  
os hodiernum  
& hodie ritus  
us dicendus.  
de necessitate  
& jussu Ec  
clesias.

